Errata sic corrigenda.

Pag. 6. l. 9. concessam. pag. 19. l. 21. civilis. pag. 24. l. 24. constat. pag. 32. l. 22. Pontificem. pag. 41. l. 26. habebant.

SEVDOGRAPHIA G. GOSSENII NATIONE BRABANTI,

anno 1586.

N EVANGELICÆ VERITATIS MAXIMVM PRÆIVDICIVM EDITA;

A I. ÆNGELRAMMO VERO IN efensionem eiusdem veritatis, & christianæ ipsius professionis ac famæ, quæ per *eiusdem pseudographi erroneos, falsos ac* famosos libellos nimis vellicatæ *sunt, detecta ac re-* futata.

Istiusmodi pseudoapostoli, operarij dolosi sunt. 2.Cor.11, 13.



LONDINI,

Apud Iohannem Iacksonum.

1587

Præcipua doctrinæ Christianæ capita, quæ hîc proponuntur & defenduntur

aduersus Anabaptisticæ sectæ fautores & alios veræ doctrinæ *aduersarios.*

1 *De Ecclesia Dei, eius signis, statutis & iurisdictione; & obiter de Romana Ecclesia.*

2 *De vera & salutifera humanitate Iesu Christi.*

3 *De vera eius innocentia ac iustitia.*

4 *De diuina, per Pilatũ pro Christo Prouidentia.*

5 *De Pædobaptismo; & veteri eius ritu Ecclesiastico.*

6 *De ciuilis Magistratus authoritate & officio.*

7 *De subditorum erga eundem reuerentia & obedientiæ officio.*

8 *Contra Anarchiam & Polyarchiam G. Gosseníj.*

9 *De libertate Christiana; & de conscientia.*

10 *Contra Vsuram & alias illicitas extortiones.*

11 *Contra falsa Iuramenta ex mala consuetudine, vulgò vsitata.*

12 *Contra absurdum errorem G. Gosseníj, quo ineptè scribit se Inoffensibilem esse.*

Bonus homo, è bono thesauro cordis, profert bona; malus homo, ex malo thesauro, profert mala.

Matth. 12, 35.

XIMIO, PIETATE, PRV-ENTIA ET DOCTRINA PRÆ-ito viro, D. NICOLAO SYMPSON, fidelissimo in Ecclesia Christi Ministro, *Cantuariæ*, S.P.



VM ego hoc meum, quale quale est, opusculum, tam sedulorũ quorundam amicorum rogatũ, quàm ductu meo essem in lucem emissurus (vir ornatissime) tu primus occurrebas eo munere dignus. Cùm ob singularem tuam humanitatem, pietatem & eruditionem; tùm ob publicam tuam in pascendis vera & sincera doctrina Christi ouibus, functionem & vigilantiam; tùm & ob grandem tuum, pro tuenda eadem doctrina & vera religione ac pietate, zelum atque studium. Quæ omnia magis adhuc innotuere nuper, cùm inter alios reuerẽdos viros ac Dominos Cantuariæ fidelissimos Christi Ecclesiæ Pastores, fuisti tùm mea, tùm amicorum quorundam illic meorum curatione (intercedente R. Domini Maioris authoritate) delectus Arbiter & Iudex super diutinis illis per quendam *G. Gossenium* mihi infestissimum & pariter etiam Euangelicæ veritati & veræ pietati aduersarium, tibi non ignotum, excitatis & aduersum me denuò iteratis controuersijs;

Dedicationis causæ & occasiones.

Anno 1584.

G. Gossenius, qualis aduersarius.

trouersijs; quæ tamen non ita pridem legitimè dijudicatæ, decisæ & transactæ fuerant.

Ad quas faciliùs dijudicandas, ego eiusdem anni 1584. tertio die Octobris, exhibui vobis certum librum Latinè scriptum, hoc titulo; *Defensio doctrinæ Christianæ, certis capitibus comprehensæ, opera Iohannis Ængelrammi, aduersus quendam aduersarium, Anabaptisticæ sectæ & hæreseos, aliorúmque factiosorum errorum fautorum antesignanum; qui errorum & offendiculorum reus, de ijs crebrò conuictus & condemnatus, apertè tamen scribit, quòd sit Inoffensibilis Gerardus Gossenius; Dedicata Reuerendis Dominis Anglicæ Ecclesiæ Ministris, delectis Iudicibus, super dicti aduersarij iteratis offensionibus, stratagematúmque tragædijs, & in dictam doctrinam blaspemijs, nec non in dictum Authorem calumnijs, per absurdos, & consectaneos, famososque libellos, euulgatis.* Cui titulo statim subijcio; *Oportet etiam hæreses inter vos esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* 1. *Cor.* 11.19.

Defensio doctrina Christianæ aduersus G.G.

Inoffensibilis G. Gossenius.

Quo sacræ scripturæ loco, palàm est, dissensiones, schismata & hæreses, etsi ex diabolo oriuntur & mala sunt, tamen non temerè euenire, sed electorum commodo potius seruire & cedere; cùm Dominus non modò impios protrahat & confundat, sed & pios manifestet; quod quidem fieri nequit, nisi ex dissidijs. Neque enim in vno corpore subsistunt veritas & mendacium. Nec porrò inde sequitur studium partium bonum esse; aut scandalum propterea malum non esse, quum Dominus dixerit, *Væ mundo à scandalis*; *Oportet enim venire scan-*

Locus Scripturæ explicatus.

Admiranda Dei prouidentia.

Matth. 18,7.

ndela. Subiungitur enim, *Veruntamen væ ho-ini illi per quem offendiculum venit*. Proindè su-adicto loco, docet Apostolus; quòd ex re ma-id boni capitur, quòd hinc magis elucescit veritas & qui verè pij sint; imò quid sit rebus iuinis abuti ad luxum. Itaque Apostolus hîc oquitur, vt prius Dominus dixit, *Oportet veni- scandala, &*, *Oportet filium hominis pati*; præsci-s, quia Iudas proditor erat futurus. Perindè e-am hîc magis manifestatur, quis pius & quis npius sit, hoc est, quis Dei veritatem propug-at, & quis eam impugnat. Matth.16.21.

Præterea verò, quòd attinet ad istum aduer-rium, quis, obsecro, vidit vnquam nefario-em quempiam tam virulenta & intoleranda onuitia, calumnias & contumelias in hominẽ onestum & christianum; tùm & in Dei veri-atem & veràm pietatem, tam detestãdas blas-hemias (& quidem pietatis prætextu) euo-nere; támq; nefariè ac furiosè in quenquam, eritatis causa, publicis etiam mendacijs inue-i; sicut iste aduersarius G. Gossenius, per anda pariter & nefanda, pérque varios editos bsurdos, ignominiosos ac famosos libellos in me inuehitur? At has suas tùm in me, per eos-dem falsos suos libellos, contumelias, tùm in Dei veritatem (vt tandem etiã per suam *Pseu-dographiam*) blasphemias; quàm prorsus impiè, inuidiosè & petulanter ipse & in me & in ean-dem veritatem conspuat, manifestiùs hîc quo-que fiet; vt etiam quàm iustè Ethnici olim di-xerint, *Calumniæ & blasphemiæ. G.G.* *Pseudographia.G.G.*

 Obse-

Obsequium amicos, Veritas odium parit.

Lex naturalis & diuina quemuis sese tueri permittunt.

Contra quem & similes inuidiosos obtrectatores, eorúmque calumnias & iniurias, sese prudenter tueri, quemlibet permittit & ius naturale & diuinum.

Hec I. AE. causa, Dei causa.

Verùm redeo ad vos Reuerendos viros (pręsertim verò, ad te in Domino obseruandum) qui, etsi (vt suo loco latiùs exponā) in hac mea & pariter etiam Dei causa, non, quod (vt optimè nosti) maximè efflagitabam, pronuntiastis publicè vestrum iudicium; tamen certior sum (Reuerende Domine) te fuisse ad hoc præ cæteris paratiorem & operam dedisse maiorem, adhibito fideliter omni tuo studio, labore & diligentia; proindè etiam existimaui æquum esse, tuæ humanitati ac fidelitati hęc offerre & dedicare. Quo certò scires & intelligeres etiam, me minimè oblitum esse vel immemorem talium tuorum beneficiorum; quando, ob fortunæ meæ tenuitatem, aliâs respondere ijsdem tuis erga me beneficijs, nequeam. Et quum penè perpetuus eruditorum mos extiterit, suos Patronos honorare chartaceo aliquo munusculo; nec ipse ineptè me facturum putaui, si te Euangelij Christi Pręconem, christiano (& quidem chartaceo) munere, libello, scilicet, quo Euangelicam veritatem, verámq; pietatem tueor, honorarem.

Aliæ dedicationis occasiones.

Eruditorum mos.

M S. Brome Aldermannus Cantuariensis.

Quibus tuis beneficijs etiam addo, quòd nuper per generum meum *M. Symonem Brome*, vestræ ciuitatis Cantuariensis Aldermannū, ad me transmiseris vnū abominandæ illius *Pseudographiæ*

-raphia G. Goſſenij, typis Anglicè excuſum G.G. falſa ſcriptura.
-emplar. Quod quàm vobis illic etiã diſplice- In M.S.
non obſcurè in ſuis ad me literis, ſignificauit Brome Aldermannum & bis olim Maiorem, contemptus G.G.
-em gener meus. In quẽ etiam (ſicut arrogan-
-r & contemptim interminatus ei aliquando
-erat, vt ipſum ipſiúsue nomen, prelo literario
-cudi publicè quoque curaret) contumelioſa
-a dicteria effutit in dictis ſuis ſcandaloſis ac
-moſis ſcriptis, ineptè cum (inter alios bonos
-ros, qui eundem G. Goſſenium aliquando Scopas diſſolutas ſcribere deberet.
-orripuerunt) nominans ſcopum diſſolutum;
-uia idem *M. Brome*, eundem aduerſarium, pro
-ictis ſuis iniquitatibus, ex officio prudenter
-eprehenderat & præmonuerat.

Atqui idem maleuolus aduerſarius, hæc a- Impudens ineptia G.G.
-erbè ferens, ſeſéq; vindicans, non ſolùm in eo
-iam prodit impudentem ineptiam, quòd pro
-copis diſſolutis, ſcopum diſſolutum ſcribit, ar-
-ipiens, & quidem temerè, occaſionem, ex ge-
-eris mei Anglico cognomine, *Brome*; ſed vt Iniuſta in M. Brome vindicta G.G.
-niuſtus vindex manifeſtat etiam magnam ſu-
-m malitiam & impudentiam, cachinnans &
-n contemptum eiuſdem *Brome*, (quod Latinè Brome Anglicè, Latinè Geniſta.
-ſt *Geniſta*, id eſt, herba ac ſtirps fruticoſa & qui-
-dem elegantiſſima & in Medicinis præſtantiſſi-
-ma, & non ſcopum aut ſcopus, vt garrit iſte ra- In Geniſtam error G.G.
-bula) ſcribens eam nihil valere, niſi vt ſordes ea
-detergeantur, eáque deinde in ignem abijcia-
-tur.

Sed ad propoſitam noſtram ſpiritualem Me- D. N. Sympſon fidus Chriſti Miniſter.
dicinam reuertamur, quam iam diu Populo
Cantuarienſi, & mihi illic aliquandiu reſidenti,

I. AE. Ecclesiæ Cantuariensis aliquando membrum.

pro sancta tua vocatione publicè concionando, inter alios pios Christi Ministros, saluberrimè administrasti; quámq; ego hîc partim, pro oblata mihi occasione, aduersus istius aduersarij corruptiones, conseruare, quoad possum, studeo; iuxta illud quod piè cecinit Iohannes Serranus,

I. Serranus.

Gratia magna quidem est, sanctũ cognoscere verbum,
Veredico & sensu reddere verba Dei;
Scripturas tractare etiam sermone fideli;
Et conferre pia dexteritate locos.

Prudentia D. N. Sympson.

Denique verò, quàm pia & prouida hîc fuerunt in hoc negotio (ad pronuntiandum publicè iudicium) dicta consilia atque studia tua, euentus iam satis & plus quàm satis docet, iuxta illud, *Exitus acta probat*. Nam aduersarius, naturali sua superbia & arrogantia excæcatus, deindè magis audacter & impudẽter quàm anteà (vt ipsemet per suam *Pseudographiam* palàm prodit) errauit & peccauit; qua in me non solùm, sed & in Deum furiosè prorsus tandem insanit; adeò vt deplorato vel deplorando huic aduersario, hoc extremum & quidem idoneum remedium tardè & serò satis tandem adhiberi videatur, iuxta illud,

Exitus acta probat.

G.G. suam ipsius malitiam prodit.

Huius scripti editio, extremum remedium contra G.G.

1. Ioan. 5. 18.

Principijs obsta. serò Medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuere moras.

Epilogus.

Dedicationis continuatio.

Sed ne prolixitate nimia, tædium tibi adferam, Vir, in Domino obseruande, ego hîc concludam; orans vt hæc mea qualiacunq; scripta (quæ, pro dictis causis & occasionibus tuæ humanitati legenda & censenda offero) gratum

tibi

tibi sit munus. Quod si sit, vt fore spero, erit mihi tuo in Christo, alumno, tuóque tibi ægrotanti aliquando Medico, iucundissimum. Verùm etsi leuidense munus sit quod à me proficiscitur, non tamen sic à te accipi debet. Sum enim mihi, meæ ingenij tenuitatis satis conscius, in hac præsertim tanta Scriptorum huius ætatis admiranda copia; à quibus tam solerter, támque elimatè in publicum emittuntur omnia, quæ mea, meique similium minorum hominum scripta alioqui vera & Christiana obscurare sanè quodammodò possent; id quod & me quoque cunctantem diutius retinuit. Sed vt nullum est opus ex omni parte beatum, in quo non aliquid desiderari possit, quod posteritatis censuræ & iudicio relinquendnm sit; ita excellentissimorum virorum ingenia, quantacúnque fuerint, apprimè perspectum habent sese inferiorum hominum captui quantumuis exiguo, debere esse accommodanda. Vt *Xerxes* ille aquam manibus à tenuioris fortunæ homine haustam, libenter accepit; munusculum largitoris animo potius, quàm precio pensitans.

Nullum opus ex omni parte beatum.

Xerxes.

Quod cùm apud animum meum induxissem, perpendissémque te (vir reuerende) esse talem, nihil dubitaui has breues elucubrationes, quas olim sub non pœnitendis in Christi schola (hoc est, eius Ecclesia) orthodoxis præceptoribus didiceram, tuo nomini nuncupare & consecrare. Vt quicquid hîc accessionis in vera cognitione factum est, id Deo, eiusque

Continuatio dedicationis.

Ecclesiæ

Ecclesiæ acceptum feratur. Quòd si quid in his eruditorum aures (quod absit) offenderit, id mihi, eius proprio authori in solidum adscribatur. Deus pater domini nostri Iesu Christi det vniuersis nobis vnanimem spiritum in vera sapientia & timore Dei. Amen.
Londini Calendis Decembris anno. 1586. Tuæ reuerendæ humanitati deditissimus.

Iohannes Ængelrammus.

An non osores tuos, ô Iehoua, odio habeo? & de insurgentibus iu te, fastidio meipsum torqueo? Perfecto odio odi illos; inimicorum loco sunt mihi. Psal. 139. 21. 22.

CHRISTIANIS LECTORIBUS, candidis Euangelicæ veritatis amatoribus, veræq; pietatis studiosis, *Gratiam & pacem per* Iesum Christum.

QVAM GRAVES, VRGENTESque causæ & occasiones me impulerunt (fratres in Domino charissimi) vt ex cordis mei thesauro, ista qualiacunq; tandem sint, proferam, isagogica hac mea Epistola breuiter è vestigio vestris, in eodem Christo Domino, dilectionibus exponere proposui; & tria præsertim, quibus ego Euangelicam veritatem, & Christianam meam professionem ac famam, quæ per istius maleuoli aduersarij atq; sycophantæ Gerardi Gossenij natione Brabanti absurdos, contumeliosos & scandalosos libellos impudentissimè, malitiosissiméq; sugillata, exagitataq; sunt, tueor ac defēdo, proponere statui. Primum est, fictitia quædā eiusdem aduersarij Pseudographia, *id est, falsa scriptura directè aduersus Euangelicam veritatem & Iesu Christi contestatissimam innocentiam ac iustitiam; quas etiam Pilatus eius index, & quidem Ethnicus, palàm contestatus est, qui & eum eo nomine absoluit, vt constaret omnibus eum iustum pro iniustis mori; vndè aduersantis istius Pseudographi falsitas hîc palàm fit. Alterum,* Refutatio *errorum, calumniarū & blasphemiarum eiusdem arrogantis aduersarij; qui eorundem, aliorúmq; grauissimorum offendiculorum palàm reus, & crebrò eorum causa condemnatus ac publicè reprehensus, contumaciter tamen & ineptè ficto*

Tria hîc ad defendendam Dei veritatem & Defendētis pietatem proposita.

1 *Verissima Iesu Christi innocentia.*

Pilati de Christo testimonium aduersus G. Gossenium.

2 *Contumacia & ineptè fictum paradoxum nomen G.G.*

to

to ſibi paradoxo nomine, dicit & ſcribit ſe Inoffenſibilem *eſſe.*
3 *Tertium eſt,* Catalogus *Documentorum tùm ante, tùm poſt librorum meorum (quibus Dei veritatem, verámq; pietatem tueor) editionẽ euulgatorum; quæ enormem & tumultuoſam illam aduerſarij* Idolomachiam *in Belgio à plebeis quibuſdam temerarijs anno* 1566.*patratam, vt illicitam reprehendunt; quibus ſub finem ſubijcio huc quoque ſpectantem* Appendicem.

Illicitam Phanomachiam, vt licitam propugnat G.G.

Appendix.

Officium hominis Chriſtiani.

Ioan.3,16. Matth.10,32. Iudæ verſ.3. Ioan.8,49. Act.2,15.& 7,2.& 23,1.& 24,5,10. Philip.4,8.

Huius Scripti cauſa & occaſiones.

Eſt enim Chriſtiani hominis officium, non ſolùm credere in Ieſum Chriſtũ, & confiteri eum coram hominibus, ſalutarémq; eius doctrinã, pro viribus defendere aduerſus ipſius aduerſarios, omníſq; Dei veritatis ac veræ pietatis inimicos; ſed etiam Chriſtianã ſuam profeſſionem, honeſtam æſtimationem atq; famam, iuxta Chriſti Domini, eiúſq; Apoſtolorum & aliorum virorum Dei doctrinã & exempla, aduerſus ſycophantas ſeu calumniatores tutari. Durum eſt enim, ſycophantæ conuitia & calumnias aſſiduè pati; durius verò, Chriſtiana fama ac nomine immeritò periclitari; at verò oppreſſam Dei veritatem, pro viribus, ſuáq; vocatione, (pro oblata occaſione & impartito ſibi à Deo talento) non erigere, & erectam non vindicare ſummo etiam bonorum ac vitæ diſpendio, duriſſimum ſanè eſt & longè periculoſiſſimum.

Matth.25,15.

Porrò Dauidis ſanctiſſimi illius viri illud, ſuper Semei calumniatoris ſui conuitijs, alijſq; grauiſſimis iniurijs, patientiæ exemplum, me hic commoueret, vt ego quoq; iſtius infeſtiſſimi mihi aduerſarij calumnias, aliáſq; maximas iniurias patienter ferrem, meóq; ſilentio præterirem, ac cum eodem Dauide dicerem, Fortaſſè reſpiciet Iehoua ad afflictionem meam,

2.Re.16,5,&c

am, & reddet Iehoua mihi bonum loco maledictionis eius,&c. *Commoueret me hic quoq; diuina illa consolatio Christi, dicentis:* Beati eritis quum conuitiati fuerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixerint quiduis mali aduersus vos, mentientes propter me, &c. *Nisi alia eiusdem sancti prophetæ & Christi Domini, eiúsque Apostolorum consilia & exempla aduersus suos aduersarios (quibus vehementer resistentes, acriter eos obiurgarunt, & nominibus quibus digni erant insigniuerunt) mihi consulerent ac persuaderent, vt isti quoque crebrò condemnato ac continuè obstinato aduersario & calumniatori, nec non in doctrinam & religionem Christianam publico blasphemo (quantum in me esset) meipsum opponerem; ne in me verum sit, quod aiunt,* Qui tacet consentit, vel consentire videtur.

Mat.5,11.

Psal.10,15. & 12,4. & 15,1. 24,3. 37,35. 101,4,5. Matth.23,14, 15,16,17,33. Ioan.8,44. Act.2.15. 2.Cor.11,26. Galat.2,4. Philip.3,2.

Aliæ huius Scripti causæ.

Ita quóq; huc mihi consulit D. Augustinus, qui aduersus sui temporis aduersarios scripsit, Superbiam esse hæresium omnium matrem. Nam nullus vnquam extitit erroris magister, quem non praua ambitio in suum præcipitium extulerit. *Scimus Christum Dominum humiles ac mansuetos ad se vocare, vt eos habeat discipulos; proinde qui arrogantia turgent, eos non mirum est, ab hac schola pulsos, vagis suis speculationibus, falsisque opinionibus sursum ac deorsum raptari. Quotquot enim vnquam à pura Euangelij doctrina prolapsi, falsorum dogmatum cœperunt esse authores, reperiemus plerumq; omnes superbiæ morbo correptos, ingenij tormenta sibi & alijs fabricasse. Pro multis vnum huius nostri aduersarij exemplum sufficiet. Is enim naturali, ostentatorióque*

Augustinus. Superbia, hæresium mater.

Psal.146,6. Matth.11, 28,29. Luc.1,47,48.

Summa aduersarij impietas.

rióque suo fastu inflatus, magis etiam propria arrogantia turgens, hanc sibi cōparandi nominis rationem optimam esse statuit, si religionis sinceritatem & doctrinæ veritatem falsis etiam ac scandalosis libellis arroganter conuellat, & sic Deo & eius Ecclesiæ sese contumaciter opponat. Tandémq; suam, nempè, Cantuariæ alienigenam Ecclesiam (è qua demùm ob graues suas offensiones & contumacias, fuit, vt iubet Dei filius, palàm eiectus, vt pridem etiam à Londino-belgica Ecclesia fuit excommunicatus) cuius erat membrum incorporatum publica suæ fidei confessione, & sacramenti Dominicæ Cœnæ participatione, malitiosè reijciat; & (quod non minus dolendum est) eam, quorundam sui haud omninò absimilium (qui magnum quandoque etiam prætenderunt religionis zelum apud Londino-belgicam Ecclesiam) prauo & exitiali exemplo, contemptìm repudiet. Quicquid enim ab ipso Apostolorum sæculo traditum à Patribus, & continua ætatum serie ab omnibus pijs (vt in sequentibus latiùs exponetur) receptum & traditum fuit circa controuersa hîc doctrinæ capita (quorum causa grauissimas immeritò iam diu passus sum iniurias) iste impudens aduersarius non modò repudiat tanquàm insulsum, sed atrocibus conuitijs etiam publicè exagitat ac proscindit. Ita vt canina illa mordendi rabies, quam ebulliunt omnia eius scripta, satis testatur, qualis hominem spiritus (de quo plerunque iactat) instiget.

Inoffensib. G. G. ob sua offendicula Londini & Cantuariæ palàm punitus.

Pseudographia id est, falsa scriptura G. G.

Maxima huius Scripti occasio.

Atque hîc breuiter concludens, Christiani fratres, (ne, quàm statueram, prolixior sim) Pseudographiam *istius aduersarij (qui iam pridem magnam, nunc verò maximam occasionem præbuit, vt ei prætensæ suæ pietatis larua tandem semel & quidem meritissimè*

ritissimè

tissimè detrahatur ac prorsus remoueatur, impiá-
ue eius hypocrisis magis quàm hactenus detegatur)
gredior; hoc est, falsam illam aduersus Christum
elationem, & plus quàm papisticam fabulam aduer-
us quatuor Euangelistas & Apostolos excogitatam
c fictam, atq; Anglicè ab ipso euulgatam hoc anno
586. cum sui ipsius subscriptione (id quod hîc quoq;
tandum est) Datæ 12. die mensis Maij, id est, eo
so die, quo ego certo Scripto super istius contumacis
duersarij in me calumnijs, & in Dei veritatem blas-
hemijs, quas dictis suis falsis libellis (vt deinde ista
ua Pseudographia) euomuit, sum conquestus apud
ios Londino-germanicæ Ecclesiæ Ministros & Pres-
yteros seu Seniores congregatos in eorum Consisto-
io, quos & ipsos hîc quoque eo nomine consului. Qui
unc (hoc est, nobis adhuc incognita ista aduersarij
Pseudographia cum pristinis suis crebrò condemna-
is & ab ipso denuò iteratis in me grauissimis calum-
ijs) ducebant pro mea hîc iustificatione sufficere va-
ia illa diuersarum Ecclesiarum in aduersarium iudi-
ia, aliáque publica acta Ecclesiastica; atque publi-
am meam cum eadem Ecclesia, vt cum alijs Christi
cclesijs, Dominicæ Cœnæ participationem. Aduer-
us quod pium huius Ecclesiæ consilium, contráq; dicta
ia consilia ac iudicia omnia, aduersarius calumniari
ontumaciter, contemptímq; non cessat, neque (etsi
criptum sit, Os quod mentitur occidit animam) Sap. 1, 11.
ordax ac mendax os sibi obstrui permittit. Ita vt
go quoque (postulantibus etiam pijs quibusdam meis
micis) hoc meo qualicunque Scripto, ceu idoneo lixi-
io, fœdas ipsius (quas non solùm in me, sed in ipsam
Dei veritatem etiam non veretur euomere) conuitio-

Londino-belgicæ Ecclesiæ consilium, ad testandam innocentiam I. Æ.

rum

rum ſordes abluere & detergere tandem omninò cogor. Ne in tam iuſta & ardua hac mea & pariter etiam Dei cauſa, euiratus nimis & effæminatus videar; neq; Deus me, ſi nec frigidus nec feruidus, ſed tepidus eſſem, tandem (quod abſit) ex ore ſuo euomat.

Apoc. 3, 16.

Latinæ ſcriptionis cauſa.

Deniq; verò, Latinè ſcripſi, eò quòd aduerſarius meus eoſdem ſuos probroſos, falſos & blaſphemos libellos, aliáq; famoſa Scripta (quibus publicè & ciuili & Eccleſiaſticæ authoritati factioſè ſe opponit) diuerſis linguis, nempè, Latina, Anglica, Belgio-germanica & Gallica ſcripſit. Vt ita, qui earundem linguarum non ſunt ignari, & eoſdem falſos ac ſcandaloſos libellos ac ſcripta viderunt & legerunt, aut de eis audiuerunt, de eorum falſitate certiores fieri, & ſincerè abſq; vllius partis ſtudio, publicam hanc meam & pariter etiam Dei & eius Eccleſiæ cauſam iudicare poſſint; ad promouendam Dei veritatem, & tuendam Chriſtianam meam profeſſionem atq; famam, quas iſte obtrectator intolerabilibus modis oppreſſit; atq; vt ita demum etiam honeſtæ meæ poſteritati ac conſanguinitati piè conſulatur. Valete, Chriſtiani fratres, Deus Opt. Max. ſuo ſancto Spiritu nos indies magis ac magis illuminet & ſemper regat, ad diuini nominis eius gloriam & Eccleſiæ ſuæ ædificationem, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

G.G. factioſus.

Aliæ huius Scripti occaſiones.

Londini, Veſter in eodem Domino & Seruatore noſtro, frater

Iohannes A Engelrammus ciuis Anduerpienſis.

Si quis diuerſam docet doctrinam, neque accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, is turget, nihil ſciens, ſed inſaniens, &c.

1. *Tim.* 6, 3.

PSEVDOGRAPHIA G. GOSSENII BRABANTI, IN MAXIMVM EVANGELICÆ VERITATIS ET INnocentiæ Iesu Christi præiudicium, Anglicè edita anno. 1586.



QVàm verum sit vetus illud sapientissimi Regis Salomonis Prouerbiũ, Nimirum, *Improbitate sua concidit improbus*, palàm omninò etiam fit in improbo isto, de quo nunc agimus, Pseudographo *Gerardo Gosse-* Prouer. 11. 5. *Impietas G.G.* [...]o natione Brabanto; cuius improbitatem, [...]alitiam ac impietatem, (quibus impudenter [...]orsus & arroganter ipsi quóque Deo & filij [...]us sacro-sancto Euangelio atque Ecclesiæ, a[...]rtis etiam erroribus, apostasijs ac contuma[...]js, nec non falsis & scandalosis libellis sese [...]pponit) ego nunc, pro exiguis meis viribus [...]tegere institui.

Incipit Pseudographia G. Gossenij ex Anglico Latinè, fideliter versa à I. Æ.

Titulus Pseudographiæ G.G. *RAtio & ordo procedendi aduersus Christum per Iudices, qui concilium inierunt Hierosolymis, cogente Caiapha, qui erat summus sacerdos illi-*

 ius

us anni; & sententia mortis pronuntiata aduers[...] ipsum per Pilatum tùm Iudæorum Gubernatore[...] sub Tiberio Romano Imperatore.

G.G fabulæ commemoratione indignæ.

Hic est titulus *Pseudographiæ*, hoc est, fa[...]sæ scripturæ G. Gossenij; cui statim subijc[...] xix. Iudæorum ac Iudicum nomina cum singu[...]lorum sententijs, quas (vt ipse nugatur) i[...] Christum pronunciarunt; de quibus (vt plan[...] falsis & relatione indignis *Euangelistarum* n[...]mo meminit; nisi de Iosepho ab Arimatha[...] iusto illo Senatore (qui conscio & permitten[...] Pilato, Christum sepeliuit; quíque forsan [...] Pilato in Concilium fuit adscitus; &, vt scr[...]bit aduersarius, fortasse fuit octauus ille Iude[...] qui, vt iudex Pilatus etsi ethnicus, pro Chri[...] innocentia & iustitia, iustè iudicauit, dicen[...] *O, quæ infamia, quod in tota ciuitate ne vnus reperi[...]tur, qui vult defendere iustũ?)* & nisi quòd Euãg[...]lista Iohannes huc faciens, ita scribit, *Coëgeru[...] ergo Pontifices & Pharisæi Conciliũ, & dicebãt, Qu[...] faciemus? nam hic homo multa signa edit. Si ita si[...]mus eum, omnes ei credent, veniéntq; Romani & [...]lebunt tùm locum nostrum tùm gentem. Vnus aute[...] ex ipsis Caiaphas, Pontifex maximus anni illius, di[...] eis, Vos nihil scitis, nec cogitatis expedire nobis, [...] vnus homo moriatur pro populo, & tota gens non pe[...]at. Hoc autem ex semetipso non dixit, sed quum es[...] Pontifex maximus anni illius, prophetauit fore vt I[...]sus pro gente moreretur, &c, Iohan.* 11.

Matth. 27. 57. Marc. 15. 43. Luc. 23. 50. Iohan. 19. 38. *Iosephus Arimathæensis; cuius sententia, si ita habeat (vt Pilati) iusta est & contra Pseudographiam G.G.*

Euangelistæ testimonium contra fabulas G.G. Iohan. 11. 47. 48. 49. 50. 51.

Sacrilegæ sententiæ, detestandæque nugæ, in Pseudo-

Porrò quòd duæ ex iam commemorat[...] xix. Iudicum sententijs, quas (iuxta sacrileg[...] Pseudographi seu falsarij ac delatoris istius [...]

Christu[...]

[C]hristum nugas) quidam, Nimirum, sextus iu-
[d]ex nomine Phytiphares (qui iudicauit Chri-
[st]um his verbis, *Illa iustitia quæ seditionem mouet*
[in] populo, non est pro statu Prouinciæ necessaria) &
[d]uodecimus nomine Sareas (qui Christum cō-
[d]emnauit hisce verbis, *Hypocrita perniciosus val-*
[d]è est in republica, eradicetur igitur e populo) tule-
[r]unt, non conueniant innocenti Iesu Christo;
[se]d in eundem istum Pseudographum atque
[P]oëtam, id est, fictorem (quod nomen meritò
[si]bi arrogat) potius quadrent, ex sequentibus
[m]anifectius apparebit, vbi ipsius Hypocrisis &
[s]editiosi errores copiosius inter alias eius im-
[p]ietates & offensiones detegētur. Vndè etiam
[m]agis palàm fit, quales sint eius, quibus impel-
[l]itur, spiritus & zelus, quos plerúnque vt præ-
[c]laros & inoffensibiles venditat. Qui inoffen-
[s]ibilis Poëta, scilicet, & eisdem elogijs elatus,
[h]ic fortassis obstrepens (cogitabit enim id &
[i]uxta Pauli sententiam quidem, apud pios om-
[n]es odiosum nimis & detestabile fore) nolet
[v]ideri in Christi præiudicium euulgasse abo-
[m]inandam illam *Pseudographiam*, falsamve in
[C]hristum delationem; quam contra eiusdem
[A]postoli sententiam vt suo loco videbitur, tam
[d]ignam esse censet, vt eam ex Belgio-germani-
[c]a lingua in Anglicam versam, Anglicæ etiam
[n]ationi, multis modis commendet, illíque præ
[a]lijs offerendam, dedicandámque esse existi-
[m]et. Cùm tamen à pijs omnibus, vt prorsus
[i]mpia, ficta ac falsa, sacrilega atq; indignissima
[m]eritò æstimanda, execranda & reijcienda sit;

graphum potius quàm in Christum quadrantes.

Patet per suos falsos ac famosos libellos.

G. Gossenij Poëtæ spiritus & zelus.

Gal. 1. 8. 9.

G. G. suam Pseudographiam commendat.

Falsitas Pseudographiæ G. G.

vtpotè quæ aduersus Christum salutis nostræ authorem eiusque sacro-sanctum Euangelium & omnes sacræ Scripturæ libros, tum & contra Ecclesiæ Dei ædificationem excogitata, delata & euulgata, nusquam toleranda, sed potius, vt omninò scandalosa, detestanda & vbiq; supprimenda, vel publica authoritate, publicæ flammæ tradenda, & ita penitus abolenda, obliteranda & in obliuionem ducenda sit. Quæ quidē vel similia proba consilia, iustáq; iudicia ex aliorum & quidem prudentiorum relatione tandem intelligens Pseudographus; quamuis pro erroneis suis opinionibus, tam magnificè venditat, támque honorificè commendat eandem suam *Pseudographiam*, non tamen eam deinde vt prius, cuiuis, sed suis saltem, aut ijs, quos habet pro suis, ostentat versutè demùm atque turpiter tergiuersans; iuxta illud, *Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum.*

Pseudographia G. G. publica authoritate Vulcano tradenda.

Tergiuersatio Pseudographi.

Sequitur nunc fictitia sententia Pilati, iuxta Pseudographiam G. Gossenij.

Sententia Pontij Pilati Iudicis Iudæorum sub Imperatore.

Commentitia sententia Pilati.

P*Ontius Pilatus Præfectus, & in Ierusalem sub potentissimo Imperatore Tiberio (cuius imperium seruet Altissimus) Iudex, salutem. Sedenti mihi pro tribunali, iustitiæ vindicandæ causa, à Synagoga populi Iudaici coràm oblatus est Iesus Nazarenus, qui præsumptuosis verbis nominauit se filiū Dei* *quamuis*

Accusationes ac delationes in Christum.

uamuis à paupere matre natus sit; prædicauit se Re-em Iudæorum ; præsumpsit destruere templum Salo-onis, & auertere populum ab approbatissima illa lege Mosis. Quibus omnibus exactè consyderatis, & testi-onijs euictis, Nos condemnamus eum crucifigendũ um duobus latronibus. Hæc fuerunt reperta Viennæ parua pixide sub terra.

falsò asscripta Pilato.

Sententia falsò asscripta Pilato.

Huc vsque commentitia ac prorsus Iudaica, mò plus quàm papistica G. Gossenij *Pseudo-raphia* (vnà cum fictitia illa & adulterata, quam ilato falsò affingit, sententia) non è cælo reue-ata, sed, vt fatetur idem ipse Pseudographus, n antro terræ reperta. Quæ, quàm sit antichri-tiana, falsa & ab Euangelica veritate aliena, à-athana inferorum ac tenebrarum principe, psiúsque ministris machinata aduersus Iesum hristum nostrę redemptionis authorem, eiús-que innocentiam & iustitiam ab ipsius etiam udice Pilato viro ethnico (qui eum vt iustum bsoluere & dimittere multis conatus est) con-estatam palàm ac pronuntiatam, priusquam nuitus ferret in ipsum mortis sententiam, pius uisque ex quatuor Euangelistarum Scriptis acilè intelligere & fideliter perpendere po-erit.

Pilatus non (vt nugatur G. G.) accusat, sed excusat Christum.

Euangelistæ contra Pseudographum G. G.

Nam Mattheus in suo Euangelio scribens, ta contestatur; *Ipsis igitur coactis, dixit eis Pila-us, Vtrum vultis dimittam vobis? Barrabban, an esum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per nuidiam tradidissent eum. Sedente autem eo pro tri-unali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi rei sit um iusto illo; multa enim passa sum hodiè in somnijs*

Testimonium Matth. 27. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

 propter

propter eum. Principes autem sacerdotum & Seniores persuaserunt turbæ vt peteret Barrabban, Iesum verò perderet. Respondens autem Præses, dixit eis, vtrum è duobus vultis vt vobis dimittam? Ipsi verò dixerunt, Barrabban. Dixit eis Pilatus, Quid igitur faciam Iesu qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur. Præses autem ait, Enimuerò quid mali fecit? At illi amplius clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus se nihil proficere, sed maiorem tumultum fieri, accepta aqua abluit manus coram turba, dicens, Innoxius ego sum à sanguine huius iusti, vos videritis, Matth. 27.

Innocentia Christi à suo Iudice etiam contestata.

Lucas verò hæc confirmans, scribit ita, *Ait verò Pilatus ad Principes sacerdotum & turbam, Nullam inuenio noxam in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, concitat populum, docens per vniuersam Iudæam, exorsus à Gallilæa hucusque. Pilatus verò audita Galilæa, interogauit, num Gallilæus esset. Et cum cognouisset eum ad Herodis potestatem pertinere, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per istos dies, &c. Pilatus vero, conuocatis Principibus sacerdotum & magistratibus ac populo, dixit eis, Obtulistis mihi hunc hominem, vt qui auertat populum; & ecce, ego in vestri conspectu quæstione habita, nullam noxam inueni in homine isto, ex ijs de quibus accusatis eum. Sed ne Herodes quidem; nam remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte factum est ab eo. Castigatum ergo eum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis in festo vnum quempiam. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. Tolle hũc, dimitte nobis verò Barrabban (Qui erat propter seditionem quandam & cædem factam in*

Testimonium Lucæ 23.4.5.6.7.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.

Primò absoluitur à suo Iudice Christus.

Secundò absoluitur Christus.

vrbe,

*be, coniectus in carcerem.) Rursus ergo Pilatus alloquutus est eos, volens dimittere Iesum. Ipsi verò reclamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ille autē tertio dixit, Quid enim ille mali fecit? nullam noxam capitalem inueni in eo; castigatum ergo eum dimittam. At illi instabant vocibus magnis, petentes vt crucifigeretur; & inualescebant voces eorum ac Principum sacerdotum. Tum Pilatus iudicauit vt fieret quod ipsi petebant. Luc.*23.

Tertio Christus absoluitur à suo Iudice.

Huc quoque facit testimonium Ioannis Euangelistæ; & Apostoli Petri, dicentis, *Deus ille Abraham & Isaac & Iacob, Deus, inquam, Patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos prodidistis & abnegastis in conspectu Pilati, quum ille iudicasset esse absoluendum. Act.*3.

Testimonia Iohan. 19.4. 6.8.12.19. & Petr. Act. 3.13

Ita enim se habent Euangelistarum ac Petri Apostoli aduersus istum Pseudographum testimonia (à me hîc adducta, vt Pseudographiæ eius falsitas magis denudetur, & Euangelij veritas clarior elucescat) pro innocentia & iustitia Iesu Christi, à suo Iudice Pilato homine profano etiam, non sine magnis mysterijs, contestatis. Debuit enim Christus Dominus redemptor noster à suo Iudice priùs absolui, quàm damnari, vt constaret eum iustum pro iniustis mori. Iudicísque testimonio absolutus, debuit tamen damnari ab eodem Iudice, vt coram Deo absoluamur. Item, oportuit Christum humani generis Redemptorem innocentem pronuntiari; sed tamen eum, quatenus nostram personam sustinebat, non modò vt sceleratum, sed etiam vt sceleratissimū damnari.

Sacræ Scripturæ consentaneæ rationes aduersus Pseudographiam G.G.

ri. In quibus intereà notanda etiam est, Pilati etsi hominis ethnici, ex Dei prouidentia, pro Christo constantia; qua, vt latius exponit Euangelista Iohannes, non cessit Sacerdotum precibus, nec se corrumpi ab illis sustinuit. Cuius consilium potiùs fuit (quò se obliquè vlcisceretur de Iudæis, qui sua peruicacia iniustum de homine innoxio supplicium extorserant) totam gentem in Christi persona damnare, nullam Christo proprij sceleris notam inurens. Quin & Dei prouidentia longè altius prospexit, quæ ipsius Pilati (qui tandem inuitus suo ipsius ore, quo innocentem damnauit, seipsum condemnauit) hîc etiam in scribendo Christi titulo, stylum gubernauit, vt describeret illum hisce verbis, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Quo, quamuis in mentem non venit Pilato, celebrare Christum vt salutis authorem & Dei Nazareum & Regem electi populi; Deus tamen hoc Euangelij præconium nescienti quid scriberet dictauit; vt eodem etiam arcano Spiritus impulsu disposuit, vt triplici lingua id publicaret; quo Deus, per os Pilati, testatus est, quàm stabile sit filij sui regnum. Et hoc Pilati exemplo, Deus nos quoq; admonet nostri officij, vt constantes simus in tuenda veritate. Prętereà notandum est, quòd Pilatus, homo reprobus & alioqui Satanæ organum, arcano tamen instinctu destinatus fuit Euangelij præco, vt breuem eius summam tribus linguis vulgaret. Qui ergo eius notitiam (vt hîc facit iste Pseudographus) quantum in se est, suppressam

Margin notes: Iohan. 19. *Pilati pro Christo constantia.* — *Prouidentia Dei.* — *Titulus, Christo Hebraicè, Græcè & Latinè inscriptus.* — *Pilati exemplo, monitio Dei.* — *Pilatus, Euangelij præco.* — *G. Gossenius notatus.*

[..]m curant vel aliâs obscurant, quo loco, ob[s]ecro, nobis habendi sunt, quum se prodant Pi[l]ato nequiores? Mirum igitur minimè est, fic[t]itiam, commentitiámque istius Pseudographi [G].Gossenij *Pseudographiam* seu falsam scriptu[r]am, falsámque in Christum delationem, non è cœlo reuelatam fuisse, sed, vt ipsemet apertè scribens hîc fatetur è terra prodijsse. Qua diabolus, perpetuus Christi & Ecclesiæ eius hostis machinatur in dubium ac suspicionem vocare [v]erissimam, contestatissimámque innocentiam eiusdem Redemptoris nostri, nostrámque per ipsum redemptionem & salutem.

Sequitur nunc Epilogus & conclusio Pseudagraphiæ G. Gossenij ad suum Christianum Lectorem, adiunctis pristinis suis crebrò condemnatis, ac denuò ab ipso iteratis in me calumnijs. *Epilogus Pseudographiæ G.G.*

Ad Christianum Lectorem.



VM nuper essem occupatus in confutando pernitioso illo Iohannis Ængelrammi libro, qui dicitur sanguinolentus liber, ob cædes quas perpetrarunt Papistæ inter filios Dei; Reperiebam ego in ædibus Typographi hanc Schedam Belgio-germanica lingua impressam; Et considerans materiam, personam & circumstantias, [v]olui vt ea priuata esset Anglica natio, quæ nunc est (laus Deo) famosissima & celeberrima, tùm religionis [p]uritate, tùm militiæ potentia. Vale in Christo Iesu *Scriptoris mentem & verba ab integro peruertere, confutare non est.*

sal-

saluatore nostro. Ex meo musæo Cantuariæ 12. *Maij* 1586. *Vester in Domino Gerardus Gossenius Medicinæ Doctor.*

Hactenus ista, non è cœlo, sed è terræ sterquilinio effossa *Pseudographia* G. Gossenij (ab ipso contra Christum, dicentem, *Qui non est mecum, aduersum me est, & qui non congregat mecum, spargit,* collecta) vnà cum falso & contumelioso eius *Epilogo,* quo denuò meos libros (ita enim scribere debuisset; quia duos esse nouit, ex quibus, pro Anabaptisticis suis opinionibus, calumniandi & blasphemandi occasionem temerè & malitiosè arripit) sanguinolentos, id est, multorum Christianorum cædis obnoxios esse calumniatur, Nimirum, quia ego (iuxta doctrinam Christianam de sancta magistratus authoritate & officio; déque subditorum erga eundem officio obedientiæ & reuerentiæ, in ijsdem meis libris propositam) repentinam & tumultuosam, enorméinque illam temerariorum quorundam in Belgio anno 1566. patratam *Idolomachiam,* vt illicitam, in eisdem meis libris anno 1567. reprehendo; vt pij faciunt & semper fecerunt omnes, sicut suo loco sequens librorum & Documentorum tùm ante, tùm post eosdem libros meos euulgatorum *Catalogus* euidentius manifestabit. At ego seriò affirmo aduersarium meum nunquam hactenus vlla veritate confutasse (vt hîc iterum iactanter venditat) meos libros, sed eos (quia hæreticis, schismaticis, rebellibúsque idoneæ mastiges sunt) apertis mendacijs duntaxat falsò accusasse

Matth. 12, 30.

Iniustæ calumniandi causæ G.G.

Tumultuariã Idolomachiam Belgicam, à pijs omnibus reprobatam, approbat & propugnat G.G.

Catalogus diuersorum testimoniorum aduersus G.G.

Vana sycophantæ iactantia in I. AE. libros velut in hæreticorum flagella.

esse (nam istiusmodi sectarijs familiare est mentiri audacter) prout etiam facit in eo quòd hîc scribit, eos esse sanguinolentos dictos; nisi dicat eos à se & sui similibus factiosis aduersarijs Anabaptisticæ sectę & hęreseos fautoribus, ita immeritò taxatos esse. Qui mei libri, etsi quoad doctrinam præsertim, se tueri possint aduersus istius aduersarij & conuitiatoris errores, calumnias & blasphemias, quas falsis suis libellis huc, illúcque (vt ipse quoque palàm iactat) dispersit, tamen ego pro oblata mihi ista ab ipso (homine prorsus contentioso) occasione, scripsi hanc, quæ nunc sequitur, *Refutationem* seu *Defensionem* controuersæ hîc doctrinæ Christianæ. In qua, vt ego & cæteri olim, nempe, anno 1568. Londino-belgicæ Ecclesiæ Presbyteri & Ministri constanter magis ac magis ad extremum vsq; perseueraremus, piè ac prudenter monuerunt etiam pij Geneuensis Ecclesiæ Ministri. Commonente Apostolo; *Tu igitur feras laborem vt bonus miles Iesu Christi.*

J. AE. libri sufficientes se tueri.

Patet in Epist. theologicis D. T. Bezæ, Epist. 24. in Præfatione an. 1575.

2. Tim. 2. 3.

Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius & arguaris, inueniarísque mendax. Pro. 3, 5, 6.

RE-

REFVTATIO ERRORVM, calumniarum, & blaſphemiarum G. Goſſenij, qui eorundem, aliorúmque grauiſſimorum *offendiculorum palàm reus, & pro eis crebrò* condemnatus ac publicè reprehenſus, contuma*citer tamen & ineptè ficto ſibi nomine para*doxo, dicit ac ſcribit ſe Inoffen*ſibilem eſſe.*

Syneſius Græcus.

SYneſius quidam Grammaticus Græcus ſcribit de duobus ſeruis viri cuiuſdam Græci, quorum alter domi paratas ficus abſumpſit, alter verò, quis exediſſet prorſus ignorabat. Herus vtrique præbuit aquam calidam, vndè ſolus qui deliquerat, eas euomuit. Ex quo natum eſt nomen, Sycophanta, id eſt, calumniator, quia inſontem falſò crimine calumniabatur. Itaquoque hîc fit, vbi contumaci iſti aduerſario atque ſycophantæ, hoc eſt, calumniatori, calida iuſti ac legitimi iudicij aqua, plus quàm ſemel fuit adminiſtrata; adeò vt hinc ſuas calumniarum ficus, publicè cantatis palinodijs, factíſque retractationibus ſubinde euomuit. Quas deinde ſuis apoſtaſijs & contumacijs (pro quibus, iuxta Chriſti præceptum, fuit publicè reprehenſus, & diu à Dominica Cœna ſuſpenſus, tandémque palàm è ſuggeſto, ex Eccleſiæ communione eiectus) inquinatas, rurſus (dum iuxta verum Prouerbium, *Canis ad ſuum ipſius vomitum; &, Sus lota ad volutabrum cæni reuertitur*) impiè prorſus atque impudenter reſorpſit; ſed (vt ipſe, pro impudenti ſua verſutia

Sycophanta vndè dicatur.

Patet per varia acta Eccleſiaſtica publica.

In offenſib. G. G. ob ſuas offenſiones publicè reprehenſus.

Matth. 18. 17.
2. Pet. 2. 22.

ia sibi persuadet) tam argutè, vt de se (qui gra-
uissimorum errorum, conuitiorum & offendi-
culorum palàm est reus, &, vt dixi, hinc crebrò
fuit condemnatus, & publicè reprehensus) ar-
rogantius tamen, quàm quondam elatus ille *Luc.18.11.*
Pharisæus (absurdè & ineptè fingens sibi para- *Patet per varios eius editos libellos.*
doxum nomen) scribit se *inoffensibilem* esse. De
me verò, homine Christiano, pluribus annis,
nomine Christi exule, & iam Dei bonitate sex-
agenario, qui (vt hoc præsens & cætera mea ad-
uersus ipsum Scripta ostendunt) doctrinam
Christianam contra eosdem suos errores, ca- *Calumniæ & blasphemiæ Inoffensib. G.G.*
lumnias & blasphemias defendens, fui sæpius à
varijs diuersarum Ecclesiarum pijs viris & Iu-
dicibus legitimè ac publicè iustificatus, dicit *Patet per diuersa eius scripta & famosos libellos.*
contumaciter ac scribit me offendentem hæ-
reticum, hæresiarcham, id est, hæreticorum an-
tesignanum, pernitiosum papistam, apostatam,
serpentem virulentum, diaboli nuntium, &c.
esse. Quæ quidem in me & pariter etiam in le- *Conuitia G.G. quorsum tendant.*
gitimos eius Iudices, pios diuersarum Ecclesi-
arum viros, verbíque Dei Ministros calumniæ,
& in controuersam hîc doctrinam Christia-
nam (ob quam iste *inoffensibilis*, scilicet, aduer-
sarius grauiter offendit plurimos ac temerè of-
fenditur, & quidem magis quàm schismatici il- *Ioh.6.60.61*
li discipuli in Capernao; adeò vt ob eandem
doctrinam, tam horrendis, intolerandísq; no-
minibus mihi conuitietur) blasphemiæ, quàm
sint execrandæ & homini Christiano indignæ,
miniméque ferendæ, pius quisque facilè iudi-
cabit; recolens etiam Apostolum verissimè *2.Tim.4.3.*
præ-

prędixisse, *Fore tempus quum sanam doctrinam non tolerent carnales pseudeuangelici*; De quibus etiam addit, dicens, *Oportet etiam hæreses inter vos esse, vt qui probati sunt manifesti fiant inter vos.*

1. Cor. 11. 19.

G. Gossenius quam sit inoffensibilis.

Porrò quàm *inoffensibilis* sit contumax iste aduersarius, ipsemet apertè probat & manifestat per suos, de quibus iam dicemus, absurdos, contumeliosos, falsos ac famosos libellos. In primis suis Frandricæ linguæ erroneis scandalosisque libellis anni 1582. inscriptis, *Dialogus trium mulierculárum, &c. per G. Gossenium Medicinæ Doctorem & Poëtam modernum* (quos fastuosè iactitat esse in decem millium hominum manus dispersos) directè contra varias diuersarum, nempe, Belgio-germanicæ Londinensis, & Cantuariensis tùm Anglicanę, tùm alienigenæ, tùm & Anduerpiensis Ecclesiarum literas testimoniales ac commendatitias mihi exhibitas, malitiosè expresso meo nomine, palàm me cōparat cum prophanis illis papisticę sectæ hominibus; quos tamen in eodem inepto libello, delirans & sibi prorsus contrarius, nominat charissimos suos fratres & sorores in Christo; addens etiā eos esse sub Papæ & diaboli tyrannide captiuos, cæcos, cæcos habentes duces, imitantes Draconem illum atque meretricem; eósque esse Antichristi seruos, per idololatriam damnantes animas suas, &c. Item, ibidem non minùs ineptè ac more omninò papistico, Cœnam Dominicam nominat, sacramentum altaris. Quæ etsi sint penitus absurda, inepta & scandalosa, ipse tamen impudentius fucare nititur

1. Famosus libellus. G. G.

Patet in 2. suo famoso lib. ann. 1583. C. 8.

Extant hæ literæ authenticæ penes me.

Patet in. 1. famoso lib. C. 7.

Ibidem. B. 5.

E. 4.

[...]itur in alio de quo iam dicetur abſurdiore ac magis ſcandaloſo libello. *A.2.*

In altero ſuo erroneo, falſo ac famoſo libello Flandrico, anno 1583. edito, hoc titulo; *Confutatio papiſticorum quorundam articulorum in Iohannis Ængelrammi ſanguinolento libro comprehenſorum, &c. Per M. G. Goſſenium Medicinæ Doctorem & Poëtam modernum*; apertè magis, ſed non minùs ineptè conatur aſſerere ea quæ in dicto ſuo abſurdo libello innuere ſaltem verſutè molitur; Nimirum, me (vt, pro Anabaptiſtico ſuo genio calumniatur) non vulgarem, ſed pernicioſum papiſtam, multorum Chriſtianorum ſanguinis reum & obnoxium, vel ſimilem aliquem nebulonem atque parricidam eſſe, prorſus indignum qui inter homines viuam. Quas virulentiſſimas ſuas in me calumnias & cõtumelias, vt & alios quoſdam ſuos factioſos errores (quibus ineptè ac temerè propugnat, licere plebeis, priuatíſue hominibus abſq; Magiſtratus authoritate & conſenſu reformare Reſpublicas, etiam in demoliendis publicis idololatriæ inſtrumentis) vt ſtabiliret, adducit in eodem ſuo abſurdo, probroſo & ſcandaloſo libello, hos ſacræ Scripturæ locos, Exod, 23, 24. & Deut. 7, 5. quibus in ſuo Anglicè ſcripto conſectaneo, factioſóq; libello dicti anni 1582. manifeſtius prodens fictam ſuam, impiámque *Polyarchiam*, ſimiléſque iniquas & ſeditioſas ſuas opiniones, addit & hos locos, Num. 33, 52. & Deut. 7, 1, 5. qui loci non modò idôla, ſed & ipſos idololatras perdere iubent Iſraeliticũ populum

2. Famoſus lib. G.G. Patet ibidem paſſim.

Virulenta G. G. in I. AE. conuitia.

Ibidem paſſim & præſertim B.7. Polyarchia G.G.

Sub lib. titul[...] & B.6. Scripturæ lo[...] perperam ad[...] ducti à G.G[...] Pag. 9. Anglicè ſcri[...] tus libellus G.G. ann. 1582.

pulum per Mosen. Et quò eandem suam *Polyarchiam, Anarchiámque* magis fucaret in eodem Anglico libello, abutens alio etiam sacrę Scripturæ loco, vbi in idololatras ita scribitur; *Hos [idololatras] enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, neque inuentum est remedium animæ istorum; quia digni erant qui ab huiusmodi rebus punirentur.* Quam authoritatem [inquit hîc G. Gossenius] habebant isti vermes, vel quod diploma, amplúmue sigillum ab Hispaniæ Rege aut Duce Albano? Quasi verò hæc vllius seditionis, aliúsue impietatis stabiliendæ causa scripta essent à Salomone; cùm omninò ex multis Scripturarum eius locis palàm constet, eum in contrariam sententiam scripsisse; vt etiam, *In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus, quum impij sumpserint principatum, gemet populus.* Quibus adde, *Ne requiras à Domino principatum, neque à rege cathedram gloriæ. Item, ne pecces in multitudinem ciuitatis, & ne immittas teipsum in turbam.*

Pag. 10. Sapient. 16.9 *Pro tuenda polyarchia, anarchiaque. G.G.*

Salomon.

Prou. 29, 2.

Eccl. 7, 4, 7.

Et addens ibidem (vt & in dicto suo libello anni 1583.) idem aduersarius scribit ita; *Pius quidam nostri temporis Scriptor, est istius sententiæ, quòd cùm Deus restaurat verum cultum, administrationem Sacramentorum & orationis, Christianos [plebeios, scilicet, nam de his hîc solùm est controuersia] posse intrare in [papistica] templa, quæ fuerunt fundata pro populo Christiano, vt in propria ipsorum bona, detenta seu occupata per fures & prædones; & hac quidem ratione in proprium nostrum vsum violenter rapimus Scripturæ libros, quos Papistæ occultabant;* &

Anonymus Scriptor G. G. pro tuenda illicita phanomachia.

Anabaptistici seditiosique errores G. G.

itain propriam nostram possessionem intramus, &
pellimus insignia furum. Et addens insuper scri-
t; *extergimus* [ex dictis templis] *quasi scopis, sor-*

Aduersarij circa scopas error.

omnes; nam scopæ (Anglicè a Brome, & Flan-
icè *een Bessem* scribens) *nihil valent*, inquit, *nisi*
detergendis sordibus, & quæ deindè in ignem abij-
ntur; Cùm tamen scopæ, & quidem dissolu-
quoque valeant pro flagellandis nebuloni-
s. At idem iste aduersarius, pro scopis disso-
tis scribens scopum dissolutum, ineptè, scili-
t, & quasi in contemptum ac vituperium di-
rsorum diuersarum Ecclesiarum optimorum
irorum; *Sed*, inquit, *ego æstimo eos tanquam sco-*
m dissolutum. Quibus & similibus prædictis
bsurdis & ineptis scripturis, quamuis etiam
anè seditiosis & scandalosis, subsignauit ta-
en, & pro vtilibus, & lectione dignis, com-
endauit quidam T.W. facta saltem correctio-

Loci s. Scripturæ perperàm factioséque ab aduersario adducti, verè explicati.

in margine sub prædictis illis locis Deut. 7.
Num. 33. falsò & factiosè ab aduersario ad-
ctis. Quæ orthodoxa marginalis annotatio,
rrectionis loco, aliena manu, nempè, dicti
omini T.W. vt ibidem apparet, asscripta, li-
isque meis prorsus consentanea, & ex Angli-
Latinè fideliter versa, in hunc modum ha-
et; *Factum id fuit ex Dei mandato ad suum Ma-*
stratum, nempè, extraordinarium. Considera hunc
ticulum. Quamuis æquitas legis, quoad imaginum
molitionem, data Israelitis, pertineat ad Magistra-
ratione tamen differt. Nam eorum Magistratus

Publica idololatria quomodò tollenda.

traordinariè vocati erant à Deo, & ex vocatione
cõmissione facere potuerunt id quod fecerunt. Sed

plebs id semper fecit sub Magistratu tunc extraordinario, sicut nos nunc id facere debemus sub ordinario Magistratu, quod esse debet per aliquam legem. Sic enim corriguntur seditiosi errores G. Gossenij.

In Anglico & Flandrico libellis 1582. & 1583.

Sed hos Anabaptisticos, factiosósq; suos errores (quibus, quàm magnam rebellandi fenestram aperiat seditiosis hominibus, pius ac prudens quisque facilè intelliget) iste *Inoffensibilis*, scilicet, aduersarius magis adhuc prodit, quia ipse offendit & offenditur etiam ob Christianam meam, & sacræ Scripturæ consentaneam in libris meis precationem, nempè, dicto anno 1567. pro Philippo Rege & Belgicis Magistratibus. Qua ego tunc Anduerpię, vbi eram ciuis (implorans Regis clementiam, vt pij plerique Belgæ & ante & post me faciebant omnes, vti in sequētibus fiet manifestius) orabam vt Deus suæ veritatis cognitione eos illuminare dignaretur ad nominis sui gloriam & restaurationem suæ iam diu illic collapsæ Ecclesiæ. Porrò eosdem seditiosos suos errores in dicto suo falso libello anni 1583. fucans, ipse (vt falsus etiam testis, quem Deus impunitum non sinet) falsò scribit etiam, Me in meis libris non solùm propugnare papistica idôla (ita mea Scripta peruertens, perperàm interpretans, & in contrarium prorsus sensum detorquens calumniatur, quia ego vera doctrina affirmo, Non licere priuatis hominibus, priuata authoritate & audacia tollere aut mutare publicos Ecclesiæ abusus) sed etiam me asserere, tam

Matth. 5, 44. 1. Tim. 2, 2.

Huic precationi, vt in legitimos Magistratus rebellis, conuitiatur etiam G.G.

Passim. B. 5. 6. Exod. 20, 16. Deut. 19. 16. Pro. 19. 9, 28, 29.

m eſſe licitum eadem idôla habere in tem- *C. 1. 3.*
lis, quàm pecunias habere in marſupijs; & *Aperta mendacia G.G.*
m eſſe licitum interficere ebrioſos & mere-
ices, quàm rumpere eadem idôla papiſtica.
Quæ aperta eius mendacia ſanè, librorum me-
rum doctrinæ prorſus contraria, ipſe etiam &
uidem abſurdius atque impudentius in dicto *Pag. 12, 15.*
io Anglicè ſcripto libello effutit, peruerſè, per-
dioſéque arrepta occaſione ex eo quòd ego,
t pij omnes, in ijſdem meis libris affirmo, non *Patet ex varijs (& ante & poſt libros meos) editis libellis, ſequente catalogo proferendis.*
cere ſubditis abſque Magiſtratus authoritate
emoliri publica idololatriæ inſtrumenta, ſed
oc eſſe ſolius Màgiſtratus officium, & eorum
ui à magiſtratu authoritatem & conſenſum
abent.

At idem maleuolus, mendax & contumax
duerſarius, ſectarius & conuitiator in eiſdem
ictis ſuis inuectiuis ac falſis libellis, vocat me
untium diaboli, ob eandem iam dictam & a- *Pag. 2.*
iam quoque dicendam doctrinam Chriſtia-
am (quam ego quondam vnà cum cæteris
ictæ Londino-germanicæ Eccleſiæ Miniſtris *I. Æ. olim Londino belgicæ Eccleſiæ Presbyter.*
& Presbyteris ſeu Senioribus, meis tunc colle-
is, vt & deindè etiam dictis meis libris defen-
di) Nimirum, de vera ac ſalutifera Ieſu Chriſti *1. G. G. cui doctrinæ & Eccleſiæ ſe opponit.*
humanitate, aduerſus Anabaptiſtas & quoſ-
dam eorum fautores; déque baptizandis fide-
lium paruulis ſeu infantibus; & aſciſcendis in *2. Eccleſiaſt. hiſt. Euſebius. Socrates. Irenæus. Auguſtinus. W. Muſculus. P. Viretus.*
Pædobaptiſmo teſtibus vel ſponſoribus ac cō-
curatoribus, iuxta veterem illum ab orthodo-
xis tùm veteribus, tùm neotericis Scriptoribus
commendatum, & in eadem Londino-belgica,

cæterísq; reformatioribus Christi Ecclesijs assiduè vsitatum ritū Ecclesiasticum; cuius quoque meminit D.Theod.Beza in dictis suis Epistolis theologicis; atque de iam dicta sancta authoritate & officio Magistratuum, & priuatorum hominum ac subditorum erga eosdem officio obedientiæ & reuerentiæ. Quæ doctrinæ capita, sicut olim, vt dixi, fuerunt propugnata, ita quoque fuerunt ab Anglicana Londinensi Ecclesia (intercedente R. D. Episcopi Londinensis, eiusdem Londino-belgicæ, cæterarúmque Londini peregrinarum Ecclesiarum Superintendentis, aliorúmque cum eo R. Dominorum, Regiæ Maiestatis (quam diu incolumem seruet Altissimus) in causis Ecclesiasticis Commissionariorum authoritate, varijs subindè latis sententijs) identidem confirmata. Quas iustas ac legitimas sententias, idem impudens & contumax, publicúsque aduersarius, sectarius atque conuitiator palàm, sine vlla exceptione aut distinctione, scribit esse falsas nempè, in dicto suo falso libello anni 1583. Sed ipse non solùm ita offendit & offenditur ob iam dictæ doctrinæ Christianæ capita, quæ in libris meis à me vindicata sunt; sed etiam quia ego in eisdem libris (qui, quoad doctrinam, se contra G. Gossenij errores, conuitia & mendacia, vt dixi, defendere valent) scribo Romanam seu Papisticam Ecclesiam, esse collapsam Dei Ecclesiam; prout de ea quoque scribunt pij scriptores, vt suo loco, sub finem sequentis Catalogi, demonstrabitur.

T. Beza Epist. octaua.

3.

Anglicana Ecclesia: Patet per varia Ecclesiastica acta publica anno. 1560. 1564. 1567. 1570. 1571. hoc est, tùm ante tùm post Libros. J. AE.

Pag. 2.

4.

Alia doctrina ob quam & offendit, & offenditur inoffensibilis G. G. Romana Ecclesia.

Qui

Quin & in eodem libello, vt publicus etiam
cclesiæ Dei contemptor, & (in maioris mo-
enti negotio, quàm habuit Daniel cum falsis *C. 8.*
is in Susannam testibus ; & Petrus ac cæteri Dan. 13.
postoli cum Anania & Sapphira) falsus testis, Act. 5, 1.
bsannans suos Iudices, directè contra iam Pro. 19, 9, 28, 29.
ctas sententias, vult vt ego publicè & euul- *C. 1. 6.*
tis libellis reuocem meos (nescio quos, pro *G. G. conuitia & in I. AE. & in doctrinam & Ecclesiam Christianam.*
cto Anabaptistico suo genio somniat, próq;
ctis suis mendacijs fingit) errores ; & vt ita
ertam ad verum Christi ouile ; sin minus,
m monet omnes, vt me tanquam venenosum
pentem ac bis apostatam fugiant ac vitent.
ibus probrosis suis in me anno 1583. euul- *Inoffensib.*
tis conuitijs, profectò, ipsemet magis mani- *G. G. quid de*
tat, quid de dicta doctrina Christiana, déq; *vera doctrina*
ctis Ecclesijs & earum dictis sententijs (qui- *& veris Ecclesijs sentiat.*
s omnibus malitiosè & contemptim palàm
pponit) sentiat, Nimirum, pro dictis suis A-
baptisticis opinionibus decertans; & negans
egrinam Cantuariæ Ecclesiam (cuius ego
c eram, vt & ipse etiam aliquando fuit,
mbrum) esse (sicut sunt Ecclesię Christi om-
s) verum Christi ouile.

Sed multa alia aperta conuitia & menda-
, aliáque inepta ac friuola in me dicteria, re-
nsione indigna, quibus scatent passim eius
lli, vitandæ prolixitatis gratia, hîc omit-
s, hæc præcipua saltem & ad rem magis fa-
ntia addam, Nempè, quòd idem aduersari-
& publicus Ecclesiarum Christi contemp-
, in eodem suo falso libello palàm quoque &

impudenter quandam *Confeſſionis* formulam, à trium Londini peregrinarum Eccleſiarum Miniſtris, intercedente R. D. Epiſcopi authoritate, mihi prę́ſcriptam, perfidioſè peruertens, negat, tùm dictam doctrinam Chriſtianam fuiſſe (vt dictum eſt) approbatam in Londino-germanica Eccleſia, tùm ſe (qui tunc erat vt etiam nunc eſt publicus eiuſdem doctrinæ & Eccleſiæ aduerſarius, paciſque perturbator) fuiſſe varijs diuerſarum Eccleſiarum iudicijs ſubinde condemnatum ac publicè reprehenſum, nec non ad publicam palinodiam, errorúmque & offendiculorum ſuorum recantationem coram Deo & eius, nempe, Cantuarienſi alienigena Eccleſia compulſum; vbi ſanctè promiſit ſe deinceps melius facturum, neque me vnquam abuſurum. Quæ publica acta Eccleſiaſtica omnia (ab ipſo impijſſimè, impudentiſſiméque ſpreta & reiecta) quamuis data etiam ſolenniter ſua fide coram Deo, dictáque eius Eccleſia, palàm & cum facto iuramento, & accepto (etiam mecum) deinde Dominicæ Cœnæ ſacramento affirmauerit, ipſe tamen horum omnium impudens & audax contemptor & irriſor, perfidioſúſq; fœdifragus & ſacrilegus (decus ſcilicet, doctorum, doctoríſque nomine in Anglia dignus) non modò directè contrarium, ſed contra datæ fidei iuramentum, iniquius etiam deinde quàm vnquam anteà fecit, euulgans tam falſos ac ſcandaloſos libellos, vt & illam ſuam falſam, ſcandaloſámque nunc detectam ac refutatam *Pſeudographiam*, non ſolùm im-

C. 6. Ipſe tunc in Londino-belgica Eccleſia excõmunicatus, nactus erat, neſcio quo pacto, huius exemplar.

Doctrina librorum I. Æ. in Londino-belgica Eccleſia approbata.

In offenſib. G. G. ob ſuas offenſiones publicè reprehenſus.

Summa impietas, grauiſſimáque offenſio in offenſib. G. G.

Pſeudographia aliſque falſi libelli G. G.

meum, meæque honestæ posteritatis dede-s atque infamiam, sed etiam in ipsius Dei & us Ecclesiæ maximum pręiudicium & opprobrium. Sed quæ fidelitas expectanda est ab eo i fide abnegata, Deo infidelis est? Et tamen uidam eius adulatores (participantes, proldubio, ipsius iniustitias) adeò excæcati videntur, & velut in Atheismum prolapsi, vt dint fidem ita frangere non fraudis, sed astutiæ e. Verùm pius quisque verè nouit, tale cum Deo & eius Ecclesia solenne fœdus ac pactum fringere, quàm horrendum piaculum sit.

In adulatores G.G.

At verò quàm de legitimis suis Iudicibus ontemptim etiam sentiat, hinc animaduerte. *Quidam* [*scribit ipse disertis verbis*] *fuerunt permo-, vt illi* [*I. Æ.*] *crederent, & me* [G.G.] *condemnant, quasi ego rem nouam aliquam vel calumniam in lum* [*I. Æ.*] *intulissem; ad quam opinionem, tales (qui feruent nimis in obstrependo, & nimis frigent in eligione) inducti fuerunt ocyus*; hęc ita scribit Anlicè, G. Gossenius; qui & Latinè scribit ita; *Sed ego eos æstimo, vt ait Cicero, tanquam scopum issolutum* [*scribere deberet, ne in Ciceronem ipsum urius esset, magnus iste doctor. scopas dissolutas*] *nam t alius Philosophus dicit, Regium est audire maum, præsertim ab ijs, à quibus laudari esset pudor.* Quibus Anglicè rursus statim subijciens, G. Gossenius, *Et quidam* [inquit] *qui curam habet ille animarum, posuit manum suam super pectus uum coram toto Consistorio, dicens, In mea conscienia liber eius* [*I. Æ.*] *bonus est.* Ita enim, ac si falsò udicassent ipsius Iudices, contemptim de eis

In Anglico lib. pag. 10. G. G. in suos Iudices contemptus & dicteria.

En hic egregiam orthographiam grandis doctoris G.G.

Testimonium de libris I. AE ab aduersario in seipsum adductum.

scribens, contumaciter omninò eos reijcit. Adeò vt hinc etiam in suo iam sæpius commemorato libello anni 1583. eosdem suos legitimos Iudices, pios diuersarum Ecclesiarum viros, vt etiam R. Dominos, Regiæ Maiestatis (quam Deus, vt hactenus fœliciter semper protegat) in religionis causis Commissionarios Cantuariæ contemptim reijciens, versutè subornat alios quosdam Anglicæ Ecclesiæ ibidem Ministros, coram quibus (vt impudenter effutit) istæ crebrò iudicatę ac decisę, sed per ipsum contentiosè rursus iteratæ, controuersiæ fuissent aliquando auditæ; cùm ego tamen certò & constanter affirmem, easdem tunc nunquam fuisse auditas vel iudicatas, nisi à prædictis illis tùm Anglicæ tùm Alienigenæ Ecclesiarum Ministris Cantuariæ; qui vnanimiter omnes, *Inoffensibilem*, scilicet, aduersarium G. Gossenium (vt qui grauiter & offendit ac temerè offenditur) condemnarunt; & me I. Ængelrammum hîc semper iustificarunt, prout conuincunt publica & authentica, quæ penes me sunt hinc facta instrumenta.

C.6.

Impia stratagemata G. G.

Horum commissionariorum D. D. Tho. Godwyn tunc Decanus Ecclesiæ Christi, nunc verò Badensis Episcopus.

Inoffensib. G. G. qui grauiter & offendit & temerè offenditur, condemnatus.

Iustificatio I. Æ.

At quò magis adhuc coloraret hîc impia sua stratagemata & iniquos suos errores, addit prętereà sub finem eiusdem absurdi ac falsi libelli an. 1583. scribens, ad suas manus tũc peruenisse Domini de S. Aldagonda in meos libros opinionem, ad D. Petrum Carpentarium Ministrum Londini, scriptam anno 1568. hoc est, eodem anno, quo idem D. P. Carpentarius (vt palàm patet per publicum testimoniale Scriptum)

Fucus & versutia G. G.

Appobatio doctrinæ librorum I. Æ. facta an. 1568

vnà

vnà cum cęteris Londino-belgicæ Ecclesiæ Ministris & Presbyteris, meis tunc collegis, suo quoque testimonio & subscriptione approbauit eandem librorum meorum doctrinam; ita vt iste aduersarius in seipsum adducit eundem pium verbi Dei Ministrum. Sed his & similibus suis fucis, ipse, vt versipellis, versutè & cótemptim reijciens ordinarios, propriósque suos Iudices, alienos (vt errorum eius fautores, scilicet) introducere fraudulenter nititur. Adeò vt indè æstimare facilè liceat, quàm fideliter, scilicet, iste Pseudographus, assueto suo more, scripserit etiam suum (de quo in eisdem suis falsis libellis anni 1583. quoq; iactat) integrum *Protocollum* actorum inter nos; quod se breui enulgaturum etiam promittit in dictis suis scandalosis libellis. Nam si fideliter, vt decet, scriberet hoc suum *Protocollum*, quid, obsecro, faceret aliud, quàm (vt iam euidens est) more Goliathico, sua ipsius arma in suam ipsius confusionem & destructionem adferre? Perindè etiam in dicto Anglico suo libello infideliter prorsus ac falsò, pro consuetis suis technis, ad fucandos eosdem suos seditiosos errores, adducit etiam D. Iacobum Calfhillum aduersus Iohan. Martialem; quasi vero in vllius rebellionis fauorem scripsisset idem D. I. C. cùm omnino constet eum contraria scripsisse, vt videre licet in dicto suo libro anni 1565. Palàm igitur est, quàm verè Iesus Syrach scribit; *Vir imprudens & errans cogitat stulta*, & Salomon, *Os autem improborum eructat mala.*

G. G. aduers[us] seipsum.

Protocollum G. G.

G. G. sibi ips[i] Goliath. 1. Reg. 17.

G. G. pro fucandis suis e[r]roribus, prob[os] viros suspect[os] reddere molitur.

Ecclesiasti. 16, 22.
Pro. 15, 28.

Verùm

Alia conuitia G.G in suos [I]*udices, Eccle*[s]*iam & Eccle*[s]*iæ Disciplinam.*

Verùm ipse ardelio non modo dictos legitimos suos Iudices (vt iam sæpius enarraui) mordicus spernit & contemnit, sed malitiosissimè etiam eos,& præsertim dictos Cantuariensis peregrinæ Ecclesiæ Ministros & Presbyteros seu Seniores, eiusdémque Ecclesiæ Disciplinam, in dicto suo Anglicè scripto libello palàm calumniatur, ita de eis scribens, *Isti sunt qui ea quæ retrò sunt respiciunt,de quibus Christus loquitur,quòd non sunt ipso digni,&c. Imò respiciunt retrorsum, ita vt ipsi Christianam Disciplinam mutant in priuatam inuidiam & tyrannidem, &c.* Hæc ita scribit, quia dicti, dictæ Ecclesiæ Ministri & Seniores ipsum (ob suos crebrò ac prius à dictis suis alijs Iudicibus damnatos & ab ipso publica recantatione abiuratos errores & offensiones atque contumacias) iuxta Christi præceptum, ex Ecclesiæ communione tandem (vt dictum est) publicè eiecerunt. Quam suam eiectionem etiam,vt prædicta omnia, malitiosè & contumaciter contemnens, seséque vindicans, ipse cùm publicè, tùm priuatim eandem Ecclesiam non solùm ita calumniatur,sed aliàs etiam molestare machinatur. Qui peruersus, deploratæque mentis dyscolus obstinatè perseuerans, meritò est æstimandus & habendus, vt iubet Christus Dominus,dicens, *Quòd si Ecclesiam audire neglexerit, sit tibi velut quispiam ethnicus & quispiam publicanus*; hoc est,vt profanus & à religione alienus. Non autem habendus velut humilis ille Publicanus, quem idem Dominus iudicauit iustum descendisse è templo, vbi humi-

Sub libelli finem.

[I]*noffensibilis G.G. ob suas* [o]*ffensiones ab Ecclesia re*[i]*ectus.*

[M]ath. 18, 17.

[I]*mpiæ strata*[g]*ematum tra*[g]*ædiæ G. G.*

[M]atth. 18, 17.

[L]uc. 18. 11.

humiliter stabat & percùtiebat pectus suum, dicens ac orans, Deus propitius esto mihi peccatori; sed potius auersandus vt superbus ille Pharisæus, qui stans arroganter se extollebat, & contemnebat proximum suum iustificatum à Domino, vndè audire meruit, *Quicunque se extollit deprimetur, & qui se deprimit, extolletur.*

Iusta sententia Christi in superbos omnes.

Quæ iusta ac diuina sententia Christi, quàm hîc omninò locum habeat, patet præsertìm, quòd iste tam grauium offensionum reus, & assiduè tamen contumax & arrogans aduersarius & sectarius impudenter conficto sibi inepto nomine, dicit se *Inoffensibilem* esse; & ambitiosè & contemptìm non solùm aduersus Ecclesiam Dei se opponit, sed aduersus Deum ipsum etiam & sanctissimum, verissimúmque eius verbum se extollit. Verissimè enim, iustissiméque passim testantur sacræ Scripturæ, quòd mortalium nemo sine crimine viuit. Imò ne iustus quidem, qui septies in die cadit & resurgit; & quòd in multis offendimus omnes. Ita vt Christus Dominus (qui non venit vocare iustos vel inoffensibiles vel irreprehensibiles, sed offendentes potius peccatores ad resipiscentiam) meritò etiam suos Discipulos docuerit, quotidiè Deum orare, dicentes, *Remitte nobis debita nostra, &c.* Addens alibi, *Ita & vos, quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus; nam quod debuimus facere, fecimus.* Sed G. Gossenius hîc non quod debuit, fecit; sed facere obstinatè contépsit. Concludo igitur hinc, grauissimè peccare & offendere eundem arro-

Impudens arrogantia inoffensib. G. G.

3.Reg. 8.
2.Paral.6,36
Pro. 20,9.
Eccle.7,21.
Psal.14,3.& 53,4.
Rom. 3.9,10 11,12.
Gal. 3,22.
Pro.24,16.
Iacob.3,2.
1.Iohan.1, 8,10.
Matth.9,13.
Matth.6,12.
Luc.17,10.

arrogantem aduersarium, qui hoc quod (contra Christum eiúsque Euangelium & omnes sacræ Scripturæ libros) ambitiosè, ineptéque sibi finxit (nam nusquam apud probatos Scriptores reperitur) paradoxum nomen, *Inoffensibilis*; quod publicè etiam editis scandalorum plenis libellis, contumaciter, impudentérque sibi vendicans, asserere ac propugnare molitur; elatam suam ipsius malitiam, impietatem atq; impudentiam magis ac magis ita prodens; quandoquidem nec sanctissimi etiam viri Dei, vt Abraham, Moses, Aaron, Dauid, Petrus, Thomas, &c. sese inoffensibiles esse dicere sustinuerunt.

offensib.G. .lib.anno 583.lit.D.1.

en.12.13. um.20.12. Reg.11,2. atth.26,51, han.20,25.

Perfrictæ frontis iste aduersarius igitur & conuitiator (quem malè sibi conscium, culpa redarguit ipsa) non nisi iniustè ac falsò se inoffensibilem, hoc est, plus quàm iustum esse dicit ac scribit. Qui prætereà etiam (vt hucusque abundè exposui) Christianam meam professionem ac famam calumniatus est non modò, sed, ne quid intactum in me relinqueret, in meum quoque nomen, Iohannem Ængelrammum (conficta ab ipso monstrosa quadam & ignominiosa figura vel pictura, tam odiosè & scandalosè exsculpta, vt eam, per Cantuariensem Magistratũ coactus, non nisi derasam prius ac deformatam, defiguratámque proferre auderet) malitiosissimè insultare, in ídque mordacissimè inuehi non abstinuit. Qui ita in sua malitia & impietate prorsus contumax & obstinatus, atque hinc è sua Ecclesia, nempe, alienigena

mma impie- & peruer- s G.G.

osa in I. E. figura, m in qua- dam suis osis libellis ressit G.G.

G. à sua Ec- a eiectus, Anglica at.

nigena Cantuariæ, vt dixi, eiectus; nunc (vt anguis latens in herba) in Anglicana illic Ecclesia contra Christi consilium atque præceptum delitescit; vili pendens, inquam, & prorsus contemnens eandem suam eiectionem seu excommunicationem, quasi non conformem huius regni legibus. Cui falsæ eius opinioni, quidam etiam eius fautores imprudenter (facientes seipsos alienorum scelerum participes) adulari videntur, non satis consyderatè perpendentes, eiusdem Cantuariensis, vt & cæterarum in Anglia peregrinarum Ecclesiarum disciplinam fuisse ac esse permissam summa, superioréve eiusdem regni authoritate.

Matth. 5, 23. 24. & 18, 17.

Eccle. 13. 2. Iohan. 1, 10, 11.

Disciplina alienigenarum Ecclesiarum in Anglia.

Atqui iste meus aduersarius in eadem Anglica Cantuariensi Ecclesia non ita prorsus latitat, quin contumaci, nefandáque sua audacia & spiritu plus quàm fanatico impulsus, prodire subindè audeat atque præsumat, obtectus sua prætensæ pietatis larua; sub qua (vt hypocrita) grandem, scilicet, suum, quem pro vsitato suo more Pharisaico plerumque prætendit zelum, venditare non erubescit; Nimirum, quòd ipse non solùm idololatriam, sed & vsurā omnem omninò abominatur ac detestatur. Quasi verò pij omnes Christi fideles abominanda ista detestandáq; delicta minus detestētur quā *inoffensibilis* iste, scilicet, aduersarius. Quòd si se ita, pro fanatico suo zelo, iactare continuò non vereatur, contendens se magis quàm alium quempiam pium Christianum abominari & execrari horrenda ista in primam & secundam

Contumax audacia & iactantia G.G.

Luc. 18, 11.

Fanaticus zelus G.G.

dam legis tabulam, hoc eſt, in Deum & proximum peccata; nondum tamen propterea, vt venditat, inoffenſibilis dicetur, ſed elato illi Phariſæo potius ſimilis erit. Si id quoque neget? tùm verò ea quæ dixi vera eſſe arguit non modò hoc meum Scriptum, ſed ſuum ipſius etiam non ita pridem euulgatum *Calendarium*, planè papiſticum; quo (non ſine publico in Deum & proximum offendiculo ac ſcandalo) prophanis, deteſtandíſq; illis papiſticorum Diuorum idôlis, vt inter alios, ſcilicet, S. Anthonio, S. Franciſco, S. Claræ, aliíſq; papiſticis Sacerdotibus & Epiſcopis, nec non ipſi Papæ & ſuis in ſuo Purgatorio omnibus animabus, per ſua Miſſarum ſacrificia liberandis, feſtos vel ſacros dies, papiſtico more, præſcribit & aſſignat; atque hoc modo Belgica illa nuper, anno 1566. temerè, tumultuoſéque euerſa idôla, & dedicata eis per Papiſtas altaria, temerè rurſus, quantum in ipſo eſt, erigit. Perſpicuè igitur apparet, iſtum aduerſarium G. Goſſenium, minimè (vt impudenter tamen iactat) eſſe inoffenſibilem, vel talem ſaltem, qualem Propheta Dauid deſiderat, vbi oſtendit, quibus oporteat eſſe moribus præditos, veros cœlorum ciues & Dei Eccleſiæ municipes. *Iehoua* [inquit] *quis commoraturus eſt in tentorio tuo? Quis habitaturus in monte ſanctitatis tuæ? Qui ambulat integrè, exercétque iuſtitiam, ac loquitur veritatem prout eſt in animo ſuo; non obtrectat lingua ſua, non afficit proximum ſuum malo; & opprobrium non infert in propinquum ſuum; in cuius oculis contemptus eſt reprobus;*

Luc. 18, 11.

Papiſticum Calendarium G. G. quod anno 1571. edidit cùm prius in lib. meos ſcripſerat anno 1568.

Pſal. 15. Veri cœlorum ciues, quales eſſe debeant.

Hæc perpendat G. G.

timentes

timentes verò Iehouæ honorat; iuratus in damnum suum, non tamen mutat; pecuniam suam non exponit fœnori, & munus pro innocente non accipit; qui facit ista non dimouebitur in sæculum. Hîc verò, vt dixi, quales esse debeant Ecclesiæ Dei municipes, ostenditur. At quòd talis non sit iste aduersarius palàm est; quin potius est ex ijs, de quibus Apostolus prędixit, *Fore, vt in extremis diebus instent tempora molesta. Erunt enim homines sui amantes, auari, gloriosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impuri, charitatis expertes, nescij fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, minimè amantes bonorum, proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes, potiùs quàm amantes Dei, habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarint; istos igitur auersare, &c.* Cum eiusmodi hominibus non simplici errore, sed peruersitate animi resistentibus veritati (quod ex eorum fructibus apparet, quos hîc graphicè prorsus describit Apostolus) non est quòd ludatur opera, quum sint potiùs auersandi. Quibus addit, *Quemadmodum autem Iannes & Iambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem. Sed non procedent amplius; nam amentia istorum euidens erit omnibus, vt & illorum fuit, &c.* Quo verò consolationem addit, Dominum tandem istis omnem laruam detracturum.

Exod. 22, 25. Leuit. 25, 25, 26, 27. Deut. 23, 19, 20. Nehem. 5, 7, 10. Ezech. 18, 8, 22, 12.

2. Tim. 3, 1, 2, 4, 5, 8, 9.

Apostolica admonitio in eos qui impijs adulantur.

Sed si hîc in impietatis suæ gurgite immersus, pudore nullo, nullóve vero Dei timore motus aduersarius, nulláque bona (quæ cauterio sibi resecta prorsus videtur) conscientia ductus,

1. Tim. 4, 2.

ctus, apud se coram Deo perpendere nolit, & ex iam dictis ac detectis suis prauis moribus & iniquis operibus consyderare obstinatè contemnat, an se vnum eiusmodi cœlestium ciuium esse, venditare iustò ac meritò audeat atq; præsumat, etiam in vitanda illa illicita & abominanda vsura; sed exerceat potiùs erga Deum & proximum iustitiam ac pietatem, Christianámque erga egenos charitatem, vt iubet Christus, dicens, *Mutuũ date, nihil inde sperantes.* An verè ac iustè hîc ita venditet, manifestant partim mea Scripta, partímque contestari poterunt ciues Cantuarienses. Verùm benigna hæc pro egenis sententia Christi, vt ego quidem in schola eius didici, ad vsuras restringenda non est; ac si Dominus suos hîc tantùm vetaret fœnerari; & quasi particula, Nihil, de fœnore quod ad sortem accedit intelligenda esset; quum tantùm hortetur Dominus, ad gratuita charitatis officia, & mercenaria nihil gratiæ coram Deo habere dicat. Non quòd simpliciter damnet, quæcunque spe compensationis præstantur beneficia; sed docet, nihil ad testandam charitatem facere; quia ille demùm erga proximos beneficus est, qui nullius commodi sui respectu ad eos iuuandos ducitur, sed tantùm cuiusque inopiam spectat.

Luc. 6, 35.

Locus Luc. 6. *explicatus.*

Porrò quoad vsuram seu fœnus, sufficere ista poterunt; quibus ego hîc, pro oblata occasione, obiter saltem ostendo, me, inquam, in sancta schola Christi didicisse, quòd ipse illo Euangelistæ Lucæ loco, nihil aliud velit, quàm

fideles

deles mutuando debere vlterius progredi,
uàm homines prophanos, nempè, vt meram
beralitatem colant. Qui plura huc ſpectantia
eſyderabit, is pios & orthodoxos Scriptores
onſulere poterit; potiſſimùm verò *D. H. Bu-*
gerum in ſuis Decadibus, & *D. Brentium* in
a explicatione Leuit. cap. 25. item, *D. Philip-*
m Cæſarem in ſuo contra vſuram libro, &c.
ui vnanimiter omnes de vſura rectè docenti-
m Sententiam, qualis omnibus temporibus
n Eccleſia fuerit, & adhuc ſit, docent.

H. Bulingerus
D. Brentius.
P. Cæſar.
Vſura à pijs noſtri temporis Scriptoribus etiam reprobata.

Deinde verò quod ad iuſiurandum ſeu iu-
amentum attinet, cuius hîc etiam meminit
ropheta Dauid, quàm grauiter inoffenſibilis
ſte, ſcilicet, aduerſarius in eo quoque coram
eo & eius Eccleſia delinquit & offendit, li-
uidò conſtat ex relatione præcedentium. Præ-
ertim verò, vbi ego detego, quàm perfidioſè &
ontumaciter iſte hypocrita, tot Eccleſiarum
ata in ipſum iudicia, aliáque publica acta ec-
leſiaſtica (ab ipſo coram Deo & eius Eccleſia
rius ſanctè, tùm factis promiſſionibus, datáq;
a fide, tùm publicè concepto iuramento, ac-
eptóque Dominicæ Cœnæ ſacramento pa-
am confirmata) vt perfidioſus, periurus & ſa-
rilegus contempſit & aſſiduè contemnit. At
erò quòd tam multos eiuſmodi aduerſarios
idemus hoc vel illo errore correptos, tam
orribiliter à recta via abduci, nunquam niſi
uſto Dei iudicio atque vindicta accidit; vt eti-
m id euenit arroganti iſti aduerſario, qui iam
ridem, nempe, anno 1568. ob grauia ipſius of-

Pſal. 15, 5.
G. G. hypocrita & ſanctè datæ fidei violator.
Horribiles & exitiales impietates G. G.
Iuſta Dei vindicta.
Inoffenſib. G. G. ob ſuas

 fendi-

offenſiones fuit etiam excommunicatus Londini.

fendicula atq; contumaciam, à dicta Londino belgica Eccleſia excommunicatus, ſcripſit eo dem anno (vt ipſemet in ſuis Scriptis iactat quendam libellum aduerſus dictam libroru meorum doctrinam, & pariter etiam aduerſu eandem Eccleſiam, quæ (vt per publicum ei teſtimonium patet) eodem hoc anno 1568. e andem doctrinam pro ſincera ac ſana appro babat; vt eam deinde comprobauit etiam an no 1571. G. Goſſenius autem in eiuſdem Ec cleſiæ & excommunicationis eius quaſi con temptum & irriſionem, proximè ſequente an no 1569. finxit ſibi ambitioſè hoc recens & nuſquam apud probatos Scriptores extans pa radoxum nomen, *Inoffenſibilis*; quod eoden anno euulgari curauit quodam libello, vt de indè etiam alijs diuerſis libellis. Perindè ac à contrario obſtreperet ſe hîc nullis erroribu & offendiculis fuiſſe obnoxium, & proind nullius etiam reprehenſionis vel pœnæ ſubiec tum aut obligatum; ſed ſe innoxium potiu fuiſſe immeritò & iniuſtè totiès damnatum dictis ſuis Iudicibus; quò ita in ſua cauſa ipſe met iudex ſit, iuxta illud, *Sic volo, ſic iubeo, ſi pro ratione voluntas.*

Doctrina librorum I. AE. anni 1567. approbata anno 1568. & 1571.

Fictum & paradoxum nomen G. G. & quorſum id tendat.

Contumacia G. G.

Præterea quoad vulgares, quotidianóſqu illos ex mala, huius poſtremi, corruptiſſimiq temporis, conſuetudine, abuſus ac deteſtand vitia, nempè, vana illa ac prophana, direc contra Dei præceptum, apud pleroſque, & qu dem (quòd eò magis dolendum eſt) apud no minatos bonos Chriſtianos, vſitata & ſuis ve

is ac sermonibus propè omnibus addita hor-
enda iuramenta, Nimirum, per Deum, per Christum Iesum, per crucem, vulnera & san-uinem Christi; item, per eius Sacramenta; einde per Dei Sanctos & Sanctas; tandémq; er suam ipsorum animam, fidem atque fideli-atem; nec non per sacrum vel vulgarem & anem & vinum, aliásque Dei creaturas, imò rebrò etiam (quod non minus execrandum st) per abominandam illam Missam, & alias es diabolicas; Ego nunc, pro oblata occasio-e, pauca subijciam. Nam quàm inoffensibilis el irreprehensibilis, id est, plus quàm iustus el omninò perfectus hîc etiam sit contumax te aduersarius G. Gossenius, nouerunt eius amiliares, vel alij qui eum garrientem ali-uando audiuerunt. *Audistis* [dicit Dominus] *ictum fuisse antiquis, non peierabis; sed reddes Do-ino quæ tu iuraueris. Ego verò dico vobis, ne iuretis mninò; neque per cœlum, quia thronus Dei est; neq; r terram, quia scabellum est pedum eius; neque per erosolyma, quia vrbs est magni Regis; neq; per ca-ut tuum iures, quia non potes vnum capillum album ut nigrum facere. Esto autem sermo vester, Etiam tiam, non non; quod autem suprà hæc redundat, à alo est.* Hîc (vt interpretantur orthodoxi In-erpretes) est Legis correctio potius, quàm ger-mana interpretatio. Deus enim non modò eriuria in Lege damnauit, sed & iurandi leui-atem, quæ nominis eius reuerentiæ derogat. Neque enim is solus accipit, contra tertium il-ud Dei præceptum, nomen Dei frustrà, qui

Falsa iuramenta vulgò vsitata.

Tertij præcepti explicatio. Matth. 5, 33. Exod. 20, 7. Leuit. 19, 12. Deut. 5, 11.

Tertium præceptum.

 peierat,

peierat, sed & qui in rebus friuolis, vel in com-
Exod. 20, 7. Deut. 5, 11. muni sermone temerè & contemptìm nomen Dei arripit; quem idem Deus (vt ipsemet declarat) impunem non relinquet. Quod confir-
Matth. 12, 36, 37. mans etiam eius Filius, ait, *Sed dico vobis, quodcunque verbum otiosum loquuti fuerint homines, de eo redituros rationem in die iudicij. Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis.* Huc quoque adde diuinas illas præmo-
Eccles. 33, 8, 9, 10, 11, 11. nitiones Iesu filij Sirach, dicentis; *Iuramento ne assuefacias os tuum, & nominare sanctum ne assuefias. Nam quemadmodum famulus non paucis vibicibus afficitur, de quo assiduè habetur quæstio; ita qui iurat & Deum semper nominat, à peccato minimè mundus erit. Vir qui multum iurat plenus est iniquitate, & non abscedet à domo eius flagellum. Cùm abundabit peccatum eius in ipso, etiam si despexerit, peccat dupliciter. Quòd si inaniter iurauit, iustus non habebitur; nam implebitur domus eius inductis flagellis.*

Denique verò quum Lex quamlibet nominis Dei profanationem damnet, Iudæi in
Judæorum & carnalium Christianorum crassus error. solis periurijs culpam esse fingebant. Crassum hunc errorem (nimis etiam vulgarem nostri temporis carnalibus Christianis) Christus reprehendit, quod sibi fas esse putent Dei nomine impunè abuti, modò iurando non fallant. At multos decipit particula, *Omninò*; vt putent generaliter quoduis iusiurandum à Christo damnari. Atque ad hunc immodicum rigorem quosdam non malos homines impulit olim effrænis iurandi libido, quam videbant in
Anabaptistæ. mundo passim grassari. Et Anabaptistæ hoc

prætextu

ætextu valdè tumultuati ſunt, quaſi nul-
m ob cauſam iurare permittat Chriſtus, dùm
nninò iurare vetat. Atqui non aliunde pe-
nda eſt huius expoſitio, quàm ex verborum
ntextu. Continuò enim poſt ſequitur, *Neque
r cœlum, neque per terram.* Huic vitio vt occur-
t Chriſtus, pronuntiat, omninò non eſſe iu-
ndum vel hoc vel illo modo, neque per cœ-
m, neque per terram, &c. Vndè colligimus,
rticulam, *Omninò*, non ad ſubſtantiam, ſed
d formam referri; ac ſi dixiſſet, Neque direc-
è, neque indirectè, alioqui ſuperuacuum erat
pecies iſtas recenſere. Quare vnà cum rixan-
i libidine craſſam inſcitiam Anabaptiſtæ pro-
unt, dùm vocem vnam moroſè vrgendo, to-
um ſermonis tenorem clauſis oculis prætere-
nt. Chriſtus nihil ſibi aliud voluit, quàm illi-
ita eſſe iuramenta omnia quæ ſacrum Dei no-
nen abuſu aliquo profanant. Neque tamen
equitur quin licitum ſit iurare, quoties id ne- *Legitimi ac liciti iuramenti neceſſitas.*
eſſitas, iuxta Dei præceptum, poſtulat; quia
urus eſt multarum rerum vſus, quarum vitio-
us alioquin eſt abuſus. Palàm igitur eſt, quàm
bominanda ſint Deo & pijs omnibus dicta
tiam huius noſtri ſeculi profana, vulgò vſita-
a iuramenta; quæ à malo, maláve conſcientia
el à diabolo eſſe dicit Chriſtus. Qui veram &
egitimam loquendi & contrahendi inter ho- *Vera & legitima loquendi & contrahendi ratio.*
nines rationem docet; vbi non aliud in lingua
aberent quàm in corde; neque aliud quàm
uod licet loquerentur; pronuntians eſſe illi-
itum ac malum quicquid vltrà eſt.

Vulgus hodie qualis; & parentes plerique, quales pædagogi.

Hîc tamen quàm directè contrarium vulgò fit, & quàm negligentes hîc plerique omnes sint in sui reformatione, nimis palàm est; imò quod peius est, quàm negligentes hîc plerunque prauis & damnosis exemplis ac moribus, parentes sint pædagogi suis familijs, suisque ab ipsis etiam cunabulis, infantibus, nimis manifestat, non sine grauissimo piorum dolore, quotidiana experientia. Quibus parentibus profectò, perpendendum omninò est, quàm honorificè tractet eosdem infantes Deus, Angelos illis assignans custodes; & contemptoribus eorum minans, quod non impunè contemnunt eos, quorum Angeli propinqui sunt ac familiares, vt vindictam exigant. Cauendum itaque seriò est, ne vilescat nobis eorum salus, quorum procurandæ Angelis munus iniunxit idem Deus; vel reddamur obnoxij seueræ & formidabili illi Sententiæ Christi, qua tandem semel eiusmodi scelera punienda esse præmonet, dicens, *Fieri non potest quin eueniant scandala, sed væ illi per quem eueniunt. Expedit ei si mola asinaria circumponatur collo eius, & abiectus fuerit in mare, potius quàm vt offendat vnum ex paruis istis.*

Matth. 18, 10.

Luc. 17, 1, 2.

Non facietis ibi, quæ nos hîc facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.

Deut. 12, 8.

ATALOGVS DOCVMEN-torum tûm ante, tùm post libros I. Ængelrammi editorum, reproban-*tium tumultuosam illam à G. Gos-*senio propugnatam idoloma-*chiam Belgicam anni* 1566.

REfutata iam à me, *Inoffensibilis*, scilicet, isti-us aduersarij atque sycophantæ, nec non Pseudographi seu falsarij *Pseudographia* alsáve scriptura, & vnà etiam per eandem, suis eratis (quæ prius crebrò condemnata & ab pso palàm recantata fuerunt) conuitijs, qui-us meos libros, vt sanguinolentos pertinaci-r & apertis etiam mendacijs, denuò calumni-tur; *Catalogum*, qui eandem *Refutationem* con-rmat, nunc auspicabor. Porrò continet ac roponit idem *Catalogus*, varia diuersorum pi-rum virorum Documenta ac Monumenta ùm ante, tùm post editionem librorum meo-um euulgata; quæ repentinam & tumultuo-am illam & calamitosam G. Gossenij (id est, ab pso contentiosè de integro in controuersiam ocatam) *Idolomachiam* Belgicam, vt illicitam eprobant. Quam idem aduersarius non solùm duersus eadem Documenta, sed & contra va-ias diuersarum Ecclesiarum, aliorúmque legi-imorum Iudicum latas in ipsum sententias, in præcedentibus obiter commemoratas, contu-maciter & quidem non sine factiosis erroribus (quibus impudenter ac violenter detorquens

Documenta præcedentem Refutationem confirmantia.

Repentinam Phanomachiam ann. 1566. in contentionem denuò rapit ac propugnat G.G.

adductos suos sacræ Scripturæ locos, dictam suam *Polyarchiam*, id est, imperantium turbam, &, quæ inde sequitur, *Anarchiam*, id est, legitimè Imperantium sublationem, introducere non obscurè videtur) propugnat. Verùm iste *Catalogus* proponit Documenta ac Monumenta non solùm Scriptorum particulariter eandem Belgicam eiconomachiam anni 1566. reprobantium, sed & aliorum quorundam librorum generaliter omnem tumultuosam idolomachiam, phanomachiámque vt illicitam reprehendentium & condemnantium; non pro illicito vllo publicorum idôlorum fauore vel tuitione (vt mea Scripta malitiosè peruertens, falsò interpretatur & calumniatur iste aduersarius) sed prò licita, legitima ac Christiana eorum demolitione; quandoquidem Deus est ordinis & non confusionis Deus.* Dico publica idôla, quia pius quisque paterfamilias, vt domesticus Magistratus & Episcopus in sua familia debet priuata sua ac domestica idôla tollere & familiam suam melius instruere; vti in libris meis quoq; moneo, taxans tales idolamachos, qui hac in re domi negligentes omninò erant.

Anarchia & Polyarchia, quibus illicitas insolentias propugnat G.G.

G.G. aliorum scriptorum falsus interpres.

Pater familias quisque, domesticus Magistratus & Episcopus.

1. Documentum anni 1522. ex D. Iohannis Foxi Volumine secundo Ecclesiastica historia continentis *Acta ac* Monumenta Martyrum.

D. Mart. Lutherus. Andr. Carolo-

INtereà dùm Lutherus à Wittemberga ita aberat, Andreas Carolostadius rigidè nimis procedens, excitauit

itauit plebem ad diruendas imagines & alia quædam n templis; qua de causa Lutherus, quum in ciuitatem rediisset, displicuit illi valdè ordo facti eorum, & præproperam festinationem Carolostadij reprobat, declarans eos in his iuxta ordinem non processisse. Sed picturas & imagines eijciendas prius esse ex hominum cordibus & conscientijs, populúmque instruendum, Nos saluos esse coram Deo, & sola fide placere ei, atq́ imagines nullius esse momenti; quibus ita gestis, ac populo ritè instructo, nullum esse periculum in imaginibus, sed ipsas vltrò collapsuras. Non quòd repugnaret à contrario (inquit) quasi imagines defendere vellet vt seruarentur; sed debere hoc fieri à Magistratu, & non per vim pro cuiusque priuati hominis cerebro absque ordine & authoritate. Hæc D. I. F. ex I Sleidani lib. 3. quibus statim posteà addit idem D. I. Foxus. *In quibus tria præcipuè sunt notanda, quæ doctrinam & facta M. Lutheri concernunt, præsertim pro ijs qui hoc nostro tempore, abutentes nomine & authoritate Lutheri, opinantur se bonos esse Lutheranos, si continuè imagines permittant in suis templis, & admittunt eiusmodi res in templo, quas ipsimet cupiunt ablatas esse. Primum est, modus, quo pacto, quaque ratione Lutherus manere permittat eiusmodi imagines; nam etsi non assentiat vt vulgus & priuata multitudo tumultuosè per vim raperent eas, hoc tamẽ non est argumentum pro magistratibus, quo eas manere permittant. Et quamuis non admittat Ministris, vt plebem excitent ad promouendam religionem violento aliquo modo, hoc tamen non arguit hos Magistratus bonos esse Lutheranos, qui possunt & debent auferre eas & nolunt, &c.* Hactenus D. I. Foxus, quem

stad euertit imagines circa annum 1522.

Eiconomachia robusta manu displicet Luthero.

Causæ cur Lutherus imagines permittat.

quem ego hîc quoque allego, eò quòd G. Gosſenius, pro tuendis Anabaptiſticis, factioſiſque ſuis erroribus, impudenter ac ſubdolè ad fucandos eos, eodem pio ac docto viro abutitur in dictis ſuis falſis & ſcandaloſis libellis.

Lib. ann. 1583. B. 6.

2. Documentum anni 1559. ex Andreæ Hyperij libro inſcripto, De *theologo, &c. lib. 4. cap. 2.* obſeruatione 11.

Andr. Hyperius.

IN exiſtimandis, ponderandíſque conſilijs, dictis, factíſque clarorum hominum, tantiſper prouidè ſcrutari decet omnes circumſtantias, dum appareat vbi iuſtus, laudabilíſque zelus, id eſt, rectum ſtudium Dei; aut vbi falſus, id eſt, præpoſterum ſtudium ſcientiæ expers exiſtat; tùm quid ſacris literis, diuineq; voluntati ſit conſentaneum vel ſecus; & quouſque nobis imitandum vel refugiendum. De Abda Epiſcopo refertur Tripartitæ hiſtoriæ, lib. 10. cap. 30. quòd zelo diuino accenſus deſtruxit nobile Perſarũ πυρεῖον, id eſt, templum in quo ignis pro Deo colebatur. Quam ob cauſam indignatus Rex Perſarum, ad 30. annos duriter afflixit eccleſias, & Chriſtianos innumerabiles neci dedit. Ait verò Theodoretus, illud Abdæ factum ſibi minimè probari, ac κακοζηλίαν magis quam rectum ζῆλον in eo eminere. Etenim æquiſſimum fuiſſet, prius idola & ſuperſtitionem omnem propoſita ex Scripturis ſana doctrina ac Dei mandato, euellere radicitùs ex hominum cordibus, quàm ad demolitionem templi veniretur. Quod conſilium ſimiliter dat Auguſtinus libro de verbis Domini in Euangelio Matthei

Iuſtus & iniuſtus zelus.

Abdas Epiſcopus.

Perſarum Pyreion. Idolomachiæ fructus.

Abdæ iniuſtus zelus.

Auguſtinus.

[...]bai sermone sexto. Quin & Apostoli (vt Paulus cùm peruenisset Athenas & alibi) re ipsa declarant, eadem via ingrediendum esse, quoties cum idololatris [...]llis est negotium,&c. Paulus Act. 17,16.

3. Documentum anni 1562.

ILlustrissimi D. Principis Condei,cæterorúmque cum eo in Gallia Principum, Equitum, &c,protestantium Mandatum 11.Aprilis 1562 publicatum Aureliæ; quo *eiconomachiam* ex priuata authoritate in Gallia tunc factitatam, vt illicitam ac impiam reprehendunt, eiconomachósque animaduersione dignos iudicant. Cui Mandato (à me quoque in libris meis inter alia proposito) opponit se etiam, vt hîc passim apparet,G.Gossenius, propugnans factiosam illam *idolomachiam* Belgicam anni 1566.

Gallicorum Principum Mandatum in idolomachos.

4. Documentum anni 1565. ex D. Petri Viretti libro Gallico, cui titulus *L'interim,&c. dialogo sexto.*

Petrus Virettus.

DE rebus consyderandis in demoliendis imaginibus,alijsque idololatriæ instrumentis ; & de præmonitionibus & consilijs S. Augustini in hoc negotio, Primùm ostendit Dominum præcepisse populo suo, quòd cùm eos in terræ Canaan possessionem instituisset, dominósque fecisset, demolirentur & euerterent altaria & imagines, aliáque idololatriæ instrumenta idololatricæ Gentis olim ibi habitantis. Vbi optimè annotauit [Augustinus, inquit] *& consyderauit,*

Augustinus lib. sermonum sermone 6. Deut 7. & 1[...]

Dominum

Locus Deut.7. in G. G. falsò adductus, verè hîc explicatus.

Vbi, quando & quomodo idôla demolienda.

Dominum non mandasse populo suo hanc executionem in hac terra, priusquam possessorem ac dominum eum fecisset. Hinc igitur [inquit] *concludit, Non pertinere ad Christianos demoliri altaria & imagines, & alias eiusmodi res Gentium & superstitiosorum, idololatrarúmque, nisi duntaxat vbi Deus illis per legitimam vocationem, potestatem præstitit atq; dominium, &c. Itaque* [inquit] *optimum remedium est, eorum corda lucrari honesta conuersatione & vita irreprehensibili, tam ad obstruendum illis os, ne quid habeant calumniandi Euangelij doctrinam; quàm ad eos vincendos in suis conscientijs, atque vrgendos vt agnoscant & confiteantur Christianos esse non elatos homines, nec seditiosos, nec derisores, nec libertinos, nec atheistas, sed potius veros agnos & veras oues Iesu Christi, pastoris sui naturã imitantes, &c. Multi* [ait præterea] *sunt elati, leues, temerarij, derisores & libertini, gloriantes de Euangelio, quod ignominia ac infamia vehementer afficiunt, vt & fideles omnes veram religionem profitentes; cuius causa occasionem crebrò præbent impediendi magnopere propagationem Euangelij, & excitandi non parua scandala & tumultus atq; persecutiones aduersus Ecclesias in quibus mixti sunt. Quapropter olim in concilijs fuit decretum, quòd ij qui in Gentium, idololatrarúmque idôlis diruendis fuissent ab illis interfecti, non consignarentur in Martyrum Catalogo, propter Euangelij professionem occisorum, quandoquidem similem causam non haberent; sed potius pro temerarijs ac seditiosis haberi merebantur, quàm pro Martyribus, si non habebant vocationem legitimam vt hoc facerent, vel ordinariam vel extraordinariam. Verùm cùm extraordinaria vo-*

Carnales Pseudeuangelici, & Euangelium & Ecclesiam Christi infamia afficiunt.

Idolomachiæ fructus.

In idolomachos Decretum, & eorum merces.

[vo]tiones manifeſtæ non ſunt hominibus, ſicut ordina[r]iæ, Dei iudicio relinquendæ ſunt, quia nihil iudicare [d]ebent, niſi de eo quod externè illis apparet, & iuxta [re]gulam à Deo ſibi præſcriptam in iudicandis imitan[d]am, &c. Ordinariæ & extraordinariæ vocationes, & quomodo de eis iudicandum.

[5]. Documentum anni 1566. hoc eſt, eiuſdem anni quo tumultuoſa illa idolomachia in Belgio fuit perpetrata.

SVpplex libellus 27. Octobris 1566. ad Hiſpaniæ Regem, quo fideles in Belgio, implorata Regis clementia, teſtantur ſuam innocentiam; calumniáſque aduerſariorum [Papiſtarum] præſertim quæ templorum vaſtationem ſpectabant, à ſe auertunt. Quo libello generaliter omnis tumultuoſa in Belgio *Phanomachia* vt illicita reprobatur, diu ante editionem librorum meorum; cuius ſupplicis libelli (varijs linguis impreſſi, & ſingulis propè Magiſtratibus in Belgio tunc exhibiti) etiam mentio fit in eiſdem meis libris, ob quos factioſus iſte aduerſarius mihi ita conuitiatur, & talem Belgicorum fidelium ad Regem & Magiſtratum tunc implorationem, vt hypocriticam & papiſticam criminatur. *Libell. ſupplex fidelium, in Belgio, diu ante libros I. AE. æditus, quo Regis clementiam implorant.*

6. Documentum eiuſdem anni 1566.

LIbellus, quo fideles Valencenis, ſuper Gubernatricis Parmenſis Mandato 24. Decembris, 1566. ſe purgant, apertè declarantes eicono- *Hic libell. vt & proximè præcedens diu quoq; ante libros I. AE. æditus fuit.*

eiconomachorum illic inſolentias, fuiſſe reprehenſione dignas; prout quoque in meis libris eiuſdem libelli memini, qui ſimiliter diu ante eoſdem libros meos fuit euulgatus. Vndè, vt & ex proximè præcedente Documento liquet, meum aduerſarium malitioſiſſimè hîc ac falſiſſimè libros meos duntaxat arripere, & calumniari me, quaſi ego in eis aliquid, quod non eſſet notum ac publicum, & à nemine anteà ac prius vt illicitum reprobatum, ſcripſiſſem; præbuiſſémque occaſionem Magiſtratibus puniendi eiconomachos, cùm omninò conſtet eiuſdem aduerſarij G. Goſſenij & ſimilium idolomachiæ illius Belgicæ fautorum factioſas, ſeditioſáſque opiniones & inde ſequutas inſolentias fuiſſe cauſas talis caſtigationis, quæ ante libros meos editos ſtatuta fuit, vt ſequente Documento 11. fiet manifeſtius. Nam non modò idôla, ſed etiam idololatras ipſos inuadentes, violentius ſuis Magiſtratibus ſe oppoſuerunt, quàm quidam factioſi quondam Chriſti diſcipuli aduerſus emiſſos ſui Magiſtratus ſeruos; qui diſcipuli reprehenſi à Domino, eiúſque doctrina & exemplo melius inſtructi, nunquam deinceps ſimile fecerunt, ſed nos potius in eo melius docuerunt. Sed G. Goſſenius & ſimiles temerarij hanc Chriſti & Apoſtolorum eius doctrinam, exempla & conſilia contemptim (vt hîc paſſim apparet) negligentes potius quàm imitantes, ſeipſos hinc & pios Belgas omnes, vnà cum vera religione apud infideles illos & plus ſatis alioquin ſanguinarios Papiſtas,

Peruerſitas aduerſarij G.G.

Cauſæ & tempus punitionis idolomachorum.

Quidam non ſolùm idôla, ſed & idololatras crudeliter inuaſerunt.

Matth. 26, 50, 51.
Luc. 22, 49, 50, 51.
Rom. 13, 1, 2.
Tit. 3, 1.
1. Pet. 2, 13. & 4, 15.

Tales non reformationem, ſed abſurdiorem potius deformationem, perniciosámq; confuſionem excitabunt.

Papiſtas, odioſos fecerunt; quemadmodum o-
lim factioſi quidam filij Iacob ſuis in Sichimi- Gen. 34, 30. & 49, 5, 6, 7.
tas inſolentijs ſeſe apud ſui temporis infideles,
inuiſos reddiderunt; & quemadmodum olim
ſupra dicti diſcipuli Chriſti apud infideles Iu- Luc. 22, 49, 50, 51.
dæos ſe feciſſent, niſi Chriſtus eos tempeſtiuè
corripuiſſet ac reprehendiſſet.

7. Documentum anni 1567. id eſt, eiuſdem anni, quo libri mei fue- *erunt impreſſi.*

APologia D. Hermanni Modet Miniſtri, & *Herman. Modet.*
tempore eiconomachiæ in Belgio concio-
natoris Euangelij Anduerpiæ, aduerſus Euan-
gelij aduerſarios (qui eum vt authorem aut
procuratorem dictæ eiconomachiæ grauiter
accuſabant) purgantis ſe eadem ſua Apologia
9. Ianuarij 1567. edita, hiſce inter alia è Flan-
drico Latinè verſis verbis. *Ex quibus* [inquit]
quiſque intelligere poteſt, abeſſe procul à me, vt ego *Magiſtratus officium, tollere publica idololatriæ inſtrumenta.*
[in demoliendis papiſticis imaginibus] *eſſem*
vel fuiſſem aggreſſus Magiſtratus officium, &c. Fa-
teor quidem me [inquit] *ingreſſum fuiſſe templum, &*
expoſuiſſe meipſum in non paruo diſcrimine vitæ, in
placanda plebe, ſi fieri potuiſſet, aliqua admonitione ac *Idolomachorum inſolentia.*
prædicatione, poſtulante ita Magiſtratu. Sed cùm me
monentem non audirent, fui ego è ſuggeſto detractus,
& è templo expulſus. Qui tùm audiens de quibuſdam
vulgi in vino & ceruiſia inſolentijs apud Franciſcano-
rum monaſterium, acceſſi illuc quorundam poſtulati-
one, &c. Hactenus D. H. M. Iſtos & ſimiles pha-
nomachos,

Christiani, scilicet, fratres G.Gosseniј.

nomachos, ego in libris meis quoque reprehendo, vt alij multi diu ante me fecerunt, vt iam liquet, euidentiùsque liquebit in sequentibus; quos temerarios eiconomachos generaliter omnes, nusquam faciens vllam exceptionem, G.Gossenius (vt hîc passim apparet) vt Christianos & quidem inculpatissimos suos fratres assiduè pertinaciter propugnat.

Libri AEngelram. an. 1567.

Approbatio doctrinæ librorum J.AE. patet per publica instrumenta.

HOc eodem mense Ianuario eiusdem anni 1567. quo edita fuit dicta Apologia D.H.Modet, excusi quoq; fuerũt libri mei. Quorũ doctrina (vt suprà quoq; exposui) proximè sequente anno 1568. & deindè rursus anno 1571. intercedente R. D. Episcopi Londinensis authoritate, & trium Londini peregrinarum Ecclesiarum suffragio, fuit approbata pro sana & Christiana in Londino-belgica Ecclesia. Quam doctrinam (latius in sequentibus proponendam) sicut fuit publicè approbata, ego defendere cogor, contra malitiosum istum aduersarium; qui pariter etiam eidem doctrinæ & Ecclesijs (ijs præsertim à quibus fuit crebrò cõdemnatus ac publicè reprehensus) contumaciter se opponit.

Contumacia G.G.

8. Documentum eiusdem anni 1567.

Hic anonymi authoris liber, authenticus alioquin est ac verus.

HIstoria rerum gestarum circa religionem Anduerpiæ; qua fideles dictam *eiconomachiam* & insolentias denuò detestantur hisce

inter

nter alia verbis; *Ita vt eadem nocte non modò illic*
magno vel nostræ Dominæ templo [Anduerpiæ]
d etiam in alijs omnibus templis, monaſterijs, con-
ntibus, ſacellis, officinis & angulis, omne imaginum
us minutim fuit perfractum & deiectum. Cui facti-
nisi iuuenes aliquot, pueri, fœminæ & nebulones
acabant, &c. Et tamen non obſtante eo, quod ſuprà
ctum eſt, ij, qui reformatæ religionis ſunt grauantur
accuſantur vt authores & procuratores iſtius ei-
nomachiæ. Præterea etiam quòd [aduerſarij Papi-
æ] *eos criminati & calumniati fuerunt de direptio-*
ibus & alijs enormitatibus atque inſolentijs indè ſe-
utis, &c. Ita habet hæc hiſtoria, quæ etiam (vt
go meis libris) reformatas Eccleſias & pios
elgas omnes de iſta idolomachia purgat;
uos G. Goſſenius, probroſis, ſcandaloſiſque
is libellis, ad fucandos factioſos ſuos errores,
otius, quantum in ipſo eſt, vt culpæ obnoxios
uſpectos reddit.

Qui & quales fuerint idolomachi, quos Chriſtianos ſuos fratres vocat G.G. Pios Belgas ſeriò purgantes ſe, ſuſpectos reddit G.G.

9. Documentum anni 1568.

Theſes ſeu articuli è ſacræ Scripturæ fontibus de-
ſumpti, ex quibus non ſolùm diutini in Eccleſia
hriſti Belgio-germanica Londinenſi diſſidij cauſa
erſpici; ſed & quos hoc potiſſimùm tempore, emer-
entibus nouis Eccleſijs proponere, prorſus vtile eſt.
Qui articuli anno 1568. per me tùm huius Ec-
leſiæ Presbyterum, & per alium in comitem
ihi adiunctum fratrem, miſſi ad Geneuen-
em, Lauſannenſem, Bernenſem, Tigurinam,
liáſque in Heluetia & ſuperiore Germania re-
ormatiores Chriſti Eccleſias, quò eos appro-
barent,

Articuli Londino-belgicæ Eccleſiæ, à reformatioribus Eccleſijs approbati.

I. Engelrammi legatio ad reformatiores Eccleſias.

barent, ſicut tùm eoſdem approbarunt, fuerunt poſteà ab eiuſdem Eccleſiæ Miniſtris impreſſi Londini, prius Latinè & Flandricè eodem anno 1568. & deindè à pijs quibuſdam viris Anglis Latinè & Anglicè per Richardum Iugge, R.M. priuilegio; tandémque verò Geneuæ in ſupradictis Epiſtolis theologicis D. Theodori Bezæ anno 1575. Quorum articulorum doctrinam propè vniuerſam, ego in dictis meis libris anni 1567. defendo aduerſus eiuſdem doctrinæ aduerſarios. Quam librorum meorum doctrinam, cùm ego (vt mihi Geneuę dicto anno 1568, piè conſulebant D.T. Beza & reliqui cum eo verbi Dei Miniſtri, ſuúmque hoc prudens conſilium in ſuis Scriptis per me mittebant ad Londino-belgicæ Eccleſię Miniſtros & Presbyteros meos tunc collegas) dijudicandum iam diu commiſerim pijs, probis & eruditis viris; cùmque ea per eoſdem non ſuſpectæ authoritatis viros, poſteà fuerit pro ſana & Chriſtiana comprobata; G. Goſſenius, profectò (vt ijdem Geneuenſes Miniſtri piè quoq; præmonuerunt in dictis ſuis Scriptis) intelligere debet, ſeſe non vnicuipiam homini opponere, ſed ipſi Dei veritati reſiſtere.

Doctrina librorum I. A Engelrammi.

Patet per eorum literas mihi exhibitas, & ad Londino-belgicos Miniſtros & Presbyteros miſſas.

Hac I. AE. cauſa, Dei potius cauſa; cui reſiſtit G.G.

10. Documentum anni 1570.

Decretum R. D. Epiſcopi Londin.

R. D. Epiſcopi Londinenſis, ſuper quibuſdam controuerſæ doctrinæ capitibus Decretum 18. Decembris 1570. quod quoad doctrinam de abolendis publicis idololatriæ inſtrumentis habet ita; 1. *Priuato cuiquam homini*

an

...t plebi abſque Magiſtratus authoritate & conſen-...publicos Eccleſiæ abuſus, priuata authoritate tollere ...t mutare non licet. 2. Veruntamen, &c. Item, quo-...d Papiſticum Magiſtratum, decernit & defi-...it ita; 3. *Impij, infideles & papiſticæ ſectæ homines ...Magiſtratu conſtituti, ſunt à fidelibus pro Magi-...ratibus habendi & agnoſcendi, & coram eis fidei ...nfeſſio, modò requiratur, facienda. 4. Fidelibus ob ...eram religionem à Magiſtratu in carcerem & cu-...odiam traditis, per vim aut carceris effractionem, ...iámque quamcunque rationem legibus patriæ non ...rmiſſam, ſeſe liberare, aut alij eos ex huiuſmodi cu-...odia per vim eximere abſque Magiſtratus authori-...te non licet.* Porrò ſecundum articulum, quo-...d facta quæ impulſu Spiritus ſancti fiunt, hîc ...miſi, quandoquidem nulla de eis hîc eſt con-...rouerſia; & quod idem articulus addens di-...rtè declarat, Singularia huiuſmodi factorum ...xempla, in communem regulam minimè eſſe ...educenda. Quibus articulis ego & pariter ...tiam Londino-germanicæ Eccleſiæ Miniſter, ...& alij quidam Seniores pridem & mei collegę, ...icto 18. Decembris, coram R. D. Epiſcopo & ...lijs pijs Chriſti Miniſtris Anglis (deciſa con-...rouerſia) ſubſignauimus ab vna parte, cum ...ltera parte quæ prius his contraria ſentie-...bat.

Generalis, omnis tumultuoſæ idolomachiæ reprobatio.

Papiſtici Magiſtratus, pro qualibus habendi.

Fideles in vincula coniecti, quo pacto ſe gerere debeant.

Particularium factorum exempla, in generalem regulam non deducenda.

Anno 1570.

11. Documentum anni 1571.

Apologeticon adiuncto libello ſupplice ad Cæſarem anni 1568.

A*Pologeticon & vera rerum Belgicarum nuper geſtarum narratio, ex qua dilucidè perſpicitur, ...ibus omnis tumultuũ & calamitatũ origo & cauſa*

 ferri

ferri accepta debeat. Et simul calumniæ, quibus E-
Causa tumultuum & calamitatum in Belgio. *clesias* Belgicas *grauant aduersarij* [papistę] *persp-*
cuè diluuntur, &c. Et habet idem Apologetico-
ſupplice libello ad Cæſarē in Spirenſibus Co-
mitijs, exhibitū (prius in Germania, deindè Lō-
dini anno 1571. Latinè & Anglicè per Iohann-
Daium, editum) inter alia vt iam ſequitur.

Contigit autem intereà dum hæc Bruxellæ tran-
1. 11.12.13. Augusti 1566. *actio iniretur, Primum quidem in occidua* 1 *Fla-*
driæ parte, deinde etiam in alijs permultis 2 *Ciuitati-*
2. Anduerpiæ 20. Augusti, Bredæ, Buscoducis, 22.23. in Hollandia & Zelandia 25. 26. &c. Prauus eiconomachorum zelus. *bus propè eodem tempore, imagines, statuas atque al-*
taria è templis euerti, astu ne aduersariorum, qui ia-
pridem omnes occasiones accusandæ plebis erant au-
cupati, vt specioso aliquo prætextu, militem cogere po-
sent; an verò prauo nonnullorum zelo, qui existima-
bant non posse se, nisi euersis idololatriæ instrumenti-
pœnitentiam peccati commissi ritè profiteri, incertu-
est, &c. Quomodocunque se res habeat; omninò fu-
hæc occasio Cardinalitiorum ac Inquisitionis machi-
natorum instituto quàm maximè oportuna. Confesti-
enim milite raptim collecto, plerosque eorū qui huic ei-
5. 25. Augusti 1566. & in sequentibus diebus. *conomachiæ operam præbuerant* 5 *comprehensos ac i-*
vincula coniectos, in crucem sustulerunt, &c. Nequ-
Sic luerunt sex ferè mensibus ante editionem librorum I. AEngelrammi; vnde etiam apparet falsitas calumniarum G.G. *tamen propterea vel sumptis de imaginum euerso-*
bus, grauissimis supplicijs, vel editis certis ad Eccle-
arum testandam innocentiam, confessionibus, aduers-
riorum furor conquieuit, &c. Quin potius exultabu-
di, quasi iam oblata esset sponte occasio puniendoru-
rebellium, neque quicquam à Nobilitate (quæ illa-
Idolomachia Nobilitati etiam displicebat. *eiconomachorum insolentiam sibi displicere non obsc-*
rè testabatur) posthac foret metuendum, paulatim &
tamen apertè ac palàm militem nuper collectum ma-
no numero auxerunt, præsidia vrbibus, hoc prætext-

quo

...d in eiconomachorum insolentiam tantummodò ...llent animaduertere, palàm imposuerunt, &c. Itaq; ...ellum supplicem exhibent, quo Regis clementia im-...rata, suam testantur innocentiam, calumnias ad-...rsariorum, præsertim quæ templorum vastationem ...ctabant, à se vertunt, &c. Omninò quemadmodum ...am ad nos minimè spectat imaginum & simula-...rorum euersio; nostris enim vel Ministris vel Se-...ribus, vel denique Ecclesiys approbantibus minimè ...factum esse facile probabimus, nisi fortè si qui pauci ...nostris consentiente Magistratu, sibi id facere fas ...e existimarint. Quanquam certè quicunque id per-...trarunt, iam satis & verò plus quàm satis culpam ...runt; etenim vnius mortuæ ac truncæ imaginis lo-..., plus quàm decem ac viginti viuæ Dei imagines, ...o quibus sanguinem suum profudit Dei filius, cæsæ, ...ersæ, atque exustæ sunt; & in vnius trunci putris ...cem, plus quàm decem aliy recentes trunci ac sta-...æ, publicis impensis restitutæ, &c.

Huius supplicis libelli quoq; mentio fit supra Docum. 5. cuius etiam in suis libris meminit I. AE. Idolomachiam à fidelium nemine factitatam, propugnat G.G.

Idolomachiæ fructus.

Vsque huc verò Belgicum illud, Londini, ... dictum est, editum Apologeticon. Quod (vt ...nnexus illi supplex ad Cæsarem libellus, ob ...ucis Albani circa annum 1568. in Belgio ty-...annidem exhibitus, sub hoc titulo; *Libellus ...pplex Imperatoriæ Maiestati, cæterísque sacri ...nperiy Electoribus, Principibus atque Ordinibus, no-...ine Belgarum ex inferiori Germania, Euangelicæ ...ligionis causa per Albani Ducis tyrannidem eiec-...rum, in Comitiys Spirensibus exhibitus)* apertè o-...endit meos libros (qui omnibus modis ve-...am doctrinam continent) post has patratas ac ...unitas insolentias, sex ferè mensibus editos, ...on esse sanguinolentos, vt calumniatur meus

Verum & authenticum Latinè & Anglicè editum Apologeticon.

Dux Albanus

Titulus libelli supplicis ad Cæsarem.

 aduer-

Peruersitas calumniarum aduersarij refutata.

Non libri J. AE. sed G.G. & similium factiosi errores & insolentiæ, causa istius punitionis.

aduersarius; quia ego, vt pij omnes (vt euidenter hîc passim apparet) eisdem meis libris, easdem insolentias tanquam illicitas reprehendo. Sed quòd istius *Pseudographi* seu falsarij & similium Belgicorum aduersariorum ac temerariorum factiosæ opiniones, indèque in Belgio sequutæ insolentiæ & seditiones (in Anabaptistis semper & vbique olim à pijs plerisque omnibus palàm reprehensæ) sunt potius sanguinolentæ, hoc est (vt hîc verè quoque enarrat Belgicum *Apologeticon*) occasio puniendorum rebellium eiconomachorum. Quibus addo, quòd eodem tempore (id est, sex propè mensibus ante librorum meorum editionem) papistici sacrifici ac monachi in Belgio, in suis concionibus palàm in eosdem phanomachos, suum, quod aiunt, canebant classicum; exclamantes publicè in Magistratus Belgicos, eósque grauiter accusantes, quòd præteritis iam aliquot annis, non satis seuerè persequuti fuissent factiosos eiusmodi hæreticos (ita enim criminabantur & calumniabantur generaliter pios Belgas omnes) de quibus iam pridem, vt veri prophetæ (sic, vt exponit quoque idem Belgicum *Apologeticon*, exultabundi se venditabant) erant vaticinati, eos non minores, quàm olim Anabaptistæ alijs in locis, seditiones commoturos oportuno suo tempore, atque Respublicas perturbaturos in Belgio. Verùm hæc pro oblatis mihi ab isto contentioso aduersario G. Gossenio tam vrgentibus occasionibus hîc sufficient; quę (obliuioni potius tradenda, quàm recolenda) inuitus hîc scribere cogor. Adden-

Sacrifici ac monachi classicum canebant in eiconomachos, diu ante libros J. AE.

eun-

ndem iſtum aduerſarium factiosè calumnia-
talem vel meam vel Belgicorum fidelium pi-
n ad Regem tunc implorationem, vt ſupra
oque monui.

12. Documentum anni 1581.

ILluſtriſſimi D. Principis Auraici Apologia varijs linguis anno 1581. euulgata, qua apertè ſe quoque purgat & (vt pleraque ab initio Nobilitas omnis, omnéſque pij Chriſti Miniſtri & Eccleſiæ in Belgio, vt apparet ſuprà & præſertim Documento 11.) Belgicam illam *Phanomachiam* vt illicitam iudicat ac declarat.

Apologia Principis Auraici, qua reprobat idolomachiam G.G

13. Documentum anni 1586.

ADmonitio Chriſtiana D. Franciſci Iunij fidelis Dei Miniſtri ad Chriſtianos Belgas; Reſpondentis ad falſas doctrinas, blaſphemias & calumnias, quas quidam Iohannes Haren euomuit in Eccleſias Belgicas, & in earundem Miniſtros, per quendam ſuum ſcandaloſum libellum, inſcriptum; *Iuſta & æquitabiles cauſæ, quæ mouerunt I. Haren olim Miniſtrum Proteſtantem* [nunc Papiſticum Ieſuitam] *ad deſerendam prætenſam* [ita nunc calumniatur] *religionem reformatam, & ad recipiendum ſe in ſinum* [prætenſæ, vt iuſtò loqui licet] *catholicæ Eccleſiæ.* Edita lingua Gallica anno 1586. Qua admonitione & reſponſione, idem D. F. Iunius pius ac fidus Chriſti Miniſter, piè, prudentérque eaſdem calumnias & blaſphemias refellens confutauit;

F. Iunij Chriſtiana admonitio. Pagina 306. 307. 308. 309.

J. Haren olim Euangelij præco, nunc Ieſuita.

& fideliter ac studiosè easdem Ecclesias Belgicas purgauit, vt potissimùm etiam quod attinet ad illicitã illam & à pijs Belgis omnibus reprobatam *Idolomachiam* anni 1566. & alias hinc tunc sequutas insolentias Belgicas; quas G. Gossenius, non sine magno Belgicarum Ecclesiarum (quæ se hîc continuè purgare seriò student) præiudicio, vt hîc passim apparet, pertinaciter propugnat.

Illicitam idolomachiam vt licitam propugnat G.G.

Hucusque *Catalogus Documentorum* tùm ante, tùm post librorúm meorùm editionem euulgatorum; qui repentinam illam, tumultuosam & calamitosam, ignominiosam & obliterandam potius quàm recolendam phanomachiam Belgicam anni 1566. reprobant, aduersus contumacem, rixosúmque istum pseudographum & similes factiosos aduersarios eius assentatores. Quo *Catalogo* sanè palàm fit, quàm impudenter ac temerè ipse dictis suis absurdis, famosis & scandalosis libellis, absurdáque & inepta sua *Pseudographia* falsa ve scriptura, propugnat dictas insolentias Belgicas; quàmque malitiosè ac falsò me Christianorum sanguinis obnoxium atque reum criminatur & calumniatur. Sic quoque nunc manifestius erit, quàm temerè idem inoffensibilis, scilicet, aduersarius offendat & offendatur, quia ego, & quidem rectè, in libris meis scribo, Papatum, hoc est, papisticam illam congregationem, Romanámve Ecclesiam (cuius corruptissima membra tamen iste fanaticus, vt suprà liquet euidentius, nominat charissimos suos fratres & sorores in Christo) esse collapsam Ecclesiam

Impudentia ac temeritas G.G. detecta.

Papatus.

Fanatici aduersarij G.G. fratres.

clesiam Dei; de qua nunc pauca subijciam.

Etenim quod ad hodiernã Romanã Ecclesiã (quę, quũ, quoad suũ tùm nomen, tùm tempus & locum, tùm deniq; quoad suum caput, nempè, Papam ipsum, omnésque eius traditiones & humanas inuentiones, particularis sit; absurdè, ineptè ac falsò prorsus catholicam seu vniuersalem Ecclesiam seipsam nominat) attinet, iste aduersarius impudenter quoque mihi conuitiatur in eo quòd in libris meis dico, eam esse collapsam Dei Ecclesiam, in libro 1. capite 1. de ea ita scribens; *Romana Ecclesia hîc etiam haberet locum, si à veritatis fundamento & à capite Christo prorsus non esset dilapsa. Sed cùm hæc omnia deseruerit ac perdiderit, pro Dei Ecclesia amplius censeri nequit; & multò minus pro sancta & pura Ecclesia sine macula, ruga vel labe, & pro columna & firmamento veritatis; sed est Sathanæ & Antichristi Synagoga. Veruntamen misericors Deus sibi semper in medio ipsius adhuc seruauit certum aliquem numerum fidelium, quos, vt fructiferum semen, virtute sui sancti Spiritus, suo tempore expullulare permisit; & quando visum illi fuit, in amœno suæ Ecclesiæ horto (vt illic crescerent ac florescerent) transplantauit, sicut multis ab hinc annis contigit, & palàm (laus misericordi Deo) videre est, &c. Item in libro 2. ita scribo; Papatus vel Papistæ non sunt (vt isti* [factiosi aduersarij] *opinantur) sic prorsus aut simpliciter comparandi cum infidelibus Ethnicis vel Turcis, sed, etiam iuxta laude dignorum Scriptorum testimonia, sunt collapsa Ecclesia Dei in nouo Testamento, perinde ac Iudaica Ecclesia in veteri testamento erat collapsa Dei Ecclesia; de qua Propheta testabatur, eam fuisse*

Romana Ecclesia non catholica seu vniuersalis, sed particularis.

Pars primi libri I. AE.

Romana Ecclesia nec sancta nec Dei Ecclesia.

Romana Ecclesia, Sathanæ Synagoga.

Mira & gratuita Dei electio in lapsu Romanæ Ecclesiæ, quæ est quasi seminarium veræ Ecclesiæ.

Pars secundi libri J. AE.

Papatus, pro lapsa Dei Ecclesia.

Esai. 1, 6. & 59, 3.

fuisse prophanam congregationem, in qua à planta pedis vsque ad verticem sanitas non erat; cuius manus etiam plenæ erant sanguine, vbi nemo erat qui de iustitia prædicabat vel fideliter iudicabat. Esai. 1. & 59

Papistici Pharisæi.

Et sicut papistici pharisæi, sacerdotes & Episcopi nunc, omnes qui Christum sequuntur, è suis Synagogis eijciunt, & ad mortem vsque persequuntur, ita quoque accidit tempore Christi, & tamen vtraque externè est Ecclesia Dei, quæ dilapsa est; aduersus quas Christus non aliam vindictam ostendere iubet, nisi vt earundem homines sinamus; quia cæci sunt duces cæcorum.

Christi consilium ac præceptum in papistas. Math. 15, 14.

Quod consilium ac mandatum Christi contemnens Petrus & gladio vindicare se volens, fuit propterea reprehensus à Domino. Hæc verò quia ego ita de plebeis, priuatisve hominibus (nam publici & in sublimitate ac authoritate à Deo instituti homines atque Magistratus, potissimùm verò Reges, alijve Principes, neque hîc, neque vsquam in libris meis intelliguntur, sed in sancto suo officio vbique semper excipiuntur) scribo, offendit etiam & offenditur iste inoffensibilis, scilicet, aduersarius. Qui vt delirus ac sui prorsus oblitus, non meminit se fuisse (vt olim fuimus plerique omnes) in ea baptizatum; parúmque sibi constans, non consyderat, se (vt ipsemet in absurdis suis libellis planè, vt apparet suprà, scribit) ab ea rapuisse sacræ Scripturæ libros. Sed ita, pro suo, quem plerunque venditat, fanatico zelo, phanda pariter, atque nephanda temerè effutit; quibus, vt furiosus quispiam, qui, quod fortè offendit, candens ferrum arripiens, seipsum lædit magis, quàm eum, quem lædere conatur. Verùm audiat quid alij de

Inoffensib. G. G. sibi ipsi contrarius.

Fanaticus zelus G. G.

de ea ſcribant, præſertim verò pius & eximius ille quondam Chriſti Miniſter, dignæ memoriæ D.I. Caluinus.

Quum ergo Eccleſiæ titulum, inquit, non ſimpliciter volumus concedere Papiſtis, non ideò Eccleſias apud eos eſſe inficiamur; ſed tantum litigamus de vera & legitima Eccleſiæ conſtitutione, quæ in communione cùm ſacrorum (quæ ſigna ſunt profeſſionis) tùm verò potiſſimùm doctrinæ requiritur. Antichriſtum in templo Dei ſeſſurum prædixerunt Daniel & Paulus; illius ſcelerati & abominandi regni ducem & anteſignanum, apud nos facimus Romanum pontificem. Quòd ſedes eius in templo Dei collocatur, ita innuitur, tale fore eius regnum quod nec Chriſti nec Eccleſiæ nomen aboleat. Hinc igitur patet, inquit, nos minimè negare quin ſub eius quoque tyrannide Eccleſiæ maneant; ſed quas ſacrilega impietate profanarit; quas immani dominatione afflixerit; quas malis & exitialibus doctrinis ceu venenatis potionibus corruperit & propemodum enecarit; in quibus ſemiſepultus lateat Chriſtus; obrutum Euangelium, profligata pietas, cultus Dei ferè abolitus; in quibus denique omnia ſic ſint conturbata vt Babylonis potius quàm ciuitatis Dei ſanctæ facies illic appareat. In ſumma Eccleſias eſſe dico, quatenus populi ſui reliquias vtcunq; miſerè diſperſas ac diſiectas illic mirabiliter Dominus conſeruat; quatenus permaneant aliquot Eccleſiæ Symbola, atque præſertim, quorum efficaciam nec diaboli aſtutia, nec humana prauitas deſtruere poteſt. Sed quia è conuerſo deletæ ſunt illic notæ, quas præcipuè in hac diſputatione reſpicere debemus, dico vnumquemque cœtum & totum corpus carere legitima Eccleſiæ forma. Hactenus pius ille Chriſti Miniſter

D. I. Cal. lib. 4 cap. 2. ſect. 12 Inſtitut. Chr. religionis.

Dan. 9, 27. 2. Theſ. 2, 4.

Romanæ Eccleſiæ ſtatus & conditio.

Romanæ Eccleſiæ Baptiſmi efficaciam, Anabaptiſtico more negat, G.G. nullum ei Eccleſiæ titulum permittens.

D.I.C. quoad Romanam Ecclesiam. Cui etiam assentitur R. ille vir & pius, fidúsque Christi Minister D. Theodorus Beza in suis prædictis Epistolis theologicis, scribens, *Deum voluisse in Papatu seruare Ecclesiam, etsi Papatus non sit Ecclesia*[vera.] Sicut quoq; in suis Decadibus docet H. Henricus Bulingerus pius quondam ac fidus Christi Minister in Ecclesia Tigurina.

D. Theod. Beza Epist. 1. pag. 15.

D. Henri. Bullinger. Decad. sermone 2.

Atqui hinc ego nunc concludo ex ijs, quæ iam breuiter exposui, & quæ perspicuè & apertè detegunt atque manifestant, quàm inoffensibilis sit contumax iste aduersarius G. Gossenius; quamque acuto ingenio sit, & quales sint eius, quibus agitatur spiritus ac zelus; atque hinc qualis sit Theologus & Medicinæ Doctor, Nimirum, qui circa dictum annum 1566. è Belgio, dùm illic tumultuosa illa & calamitosa, ignominiosáque *Idolomachia* patrata esset, Londinum (vt multi alij) profugit; non equidem medicinæ Doctor, & (vt iactantèr & palàm quoque scribit) Poëta modernus, sed, vt pluribus notum est, egenus & squalidus adolescens, qui nondum ex ephebis excesserat. Qui Londino-belgicæ Ecclesiæ curatione aliquandiu sustentatus, tandem (vt in sinu nutritus anguis) eidem Ecclesiæ se manifestè & pertinaciter opponens (vt & alijs deindè Ecclesijs, vt hîc passim apparet, se opposuit) fuit demùm ab ea, ob graues suas offensiones & contumacias publicè excómunicatus anno 1568. quo anno (vt in scriptis suis iactat) etiam eidem Ecclesiæ aduersans, in librorum meorum doctrinam publicè scribendo inuectus est; quam tamen

G. G. quàm sit inoffensibilis, qualisque theologus ac Doct.

Inoffensib. G. G. impiæ stratagematum tragædiæ.

Inoffensib. G. G. ob sua offendicula excommunicatus.

tamen eodem ipso anno, ab eiusdem Londino-belgicæ Ecclesiæ Ministris & Presbyteris, approbatam fuisse nouit, vt suprà quoque narraui. Vbi tùm accepit sibi, non sine offendiculo etiam & contra eiusdem Ecclesiæ consilium, in vxorem, quandã Belgio-germani Medici Doctoris Londini tùm defuncti pellicem, quam idem Doctor, deserta propria vxore, è Belgio sibi illuc non ita pridem adduxerat, & moriens reliquerat. Cum qua G.Gossenius, adhuc, vt dictum est, imberbis adolescens, vnà etiam est adeptus eiusdem defuncti medici Doctoris vestimenta, libros atq; diploma, aliáque in eiusdem fœminæ potestate relicta. Qui ita deindè Londino commigrans Cantuariam circa annum 1569. pro præclara sua, scilicet, scientia & industria, exercuit illic in hunc vsque diem artem medicam; nusquam illinc ferè discedens, nisi fortè aliquando pro suis negotijs, & (sed rarò) ad visitandos suos ægrotantes; neque Angliam relinquens, nisi quod saltem semel singulis annis solebat proficisci Anduerpiam, ad emenda (vt solent Pharmacopœi seu Apothecarij) sua drogua & medicamenta, aliáq; sibi fortè necessaria. Quis igitur mirabitur istiusmodi adolescentes in tam famosos euadere Doctores? Ij præsertim qui vestimenta vetera & diplomata Doctorum vita defunctorum astu sibi aptant & alijs. Sunt enim quidam, vt quondam ille Dędalus, tam ingeniosi atque solertes, vt non modò seipsos, sed & alios etiam veteratoriè facere Doctores norint. Et alij quidam his non omninò dissimiles, qui (vt aiunt) Romę certis,

Approbatio doctrinæ librorum J. AE.

Indefessi labores & regionum peregrinationes, quæ venditat G.G.

Quo pacto quidam creantur Doctores.

Dædalus etsi ingeniosus, iudicij tamen metu in Cretam fugit, vbi Labyrinthum fabricauit.

certis, statutísque temporibus, Papæ existentis in suis pontificalibus, cum debita ac ordinaria, Romano more, reuerentia accipientes benedictionem, scilicet (adiunctis his eius verbis, *Estote omnes Doctores*) creantur Doctores. Vbi & hoc aliquando accidit, vt accepturis hanc Papæ benedictionem, & congregatis in ordinario loco, cuiuspiam quoque asinus fortè superueniens, adesset; vndè inter recens istos creatos Doctores exorta est quæstio, an iste asinus etiã Doctor esset, an secus; qui tandem, quia Papæ benedictio super eum quoque venisset, affirmatiuè concluserunt, & asinum istum etiam doctorem esse asseruerunt. At iste Doctor G. Gossenius, scribens, vt ego nunc quoque detegere cogor, de alijs Papę bestijs, ipsemet apertè prodit, quàm aptus & idoneus sit Poëta seu fictor modernus; quámque sit hoc fictoris nomine dignus, suprà quoque passim palàm est, præsertim verò per suam *Pseudographiam*, suósque tam orthographicè, scilicet, ac poëticè scriptos libellos, in suos Iudices etiam editos; in quibus apertè scribit, quòd eosdem suos legitimos Iudices æstimat tanquam scopum dissolutum. Quibus addo, quàm grammaticè ac poeticè, vt sibi videtur, etiam scribit his suis Latinis verbis; *Est* [inquit] *quæstio quodlibetica, Vtrum mula Papæ sit bestia, an non? sicut in meum tertium volumen Epistolarum obscurorum virorum latius expono.* Hæc ita eruditè, scilicet, scribit obscurus iste, & è nouo quodam mundo Poëta, in suis absurdis, falsis, famosis ac scandalosis libellis anni 1583. Iuxta illud; *Pictoribus atque Poëtis quidlibet audendi*

Asinus doctor creatus Romæ.

G.G. quàm idoneus sit Poëta.

Scribere debebat, scopus dissolutus.

Scriberet in meo tertio volumine.

Horat. in Arte.

lendi semper fuit æqua potestas.

Deníque verò æstimari hinc quóque licet, qualis sit grandis istius Doctoris in arte medi-ca(quam ego exercui, G.Gossenio vagiente ad-huc in cunis; id quod sine inuidia & ambitione à me dictũ sit, eò quod idem aduersarius, vt ni-hil sine morsu in me relinqueret, in eandẽ me-am professionem quóque malitiosè, odióque plus quàm Vatiniano debacchatur) cognitio & experientia, quas vt egregias plerúnq; ven-ditat; qualéque sit illud, quod non minus fas-tuosè hoc anno 1586. ostentat, arcanum ipsius ad omnes morbos medicamentum, quod ipsi Pneuma Gossenij vocare placuit; de quo non minori fastu & iactantia gloriatur, se, id per adeptam suam philosophiam, vt incorruptibi-le, præstantissimúmque medicamentum repe-risse. Ne (vt apertè quóque scribit) præcla-rissimis viris, qui olim Medicinæ vsu celebres e-uaserunt, aut indefessis laboribus, aut regionũ peregrinationibus, vel doctissimorum virorum familiaritate inferior videatur. Quàm prorsus vanè G. Gossenius, suis flatibus tumens atque turgens, ista venditat pro vsitato suo fastu, ple-risque notum est, præsertim verò Cantuariæ, vbi hanc suam præclaram, scilicet, philosophi-am est adeptus, indefessis suis (quos hîc iactat) laboribus, de quibus illic quibusuis constat; suísque regionum peregrinationibus, quæ illic similiter vulgò cognitæ sunt, vt suprà comme-moraui.

Figulus, figulo inuidet.

Pneuma, id est spiritus seu flatus G.G.

Fastuosa iactantia G. Gosseni turgentis suis flatibus.

Postremò vt hinc concludamus, consyde-remus Christum Dominum iustè pręmonuisse, dicen-

Conclusio.

Matth.18,7. Offendiculorum, scandalorumve necessitas vnde.

dicentem, *Væ mundo ab offendiculis; necesse est enim vt eueniant offendicula; veruntamen væ homini illi per quem offendiculum euenit.* Quæ necessitas non à Deo, sed (vt orthodoxi interpretes me in Christi schola docent) ab homine & voluntaria eius corruptione est; vt etiam apparet hîc per istum aduersarium & sectarium, qui non ex ignorantia, sed (vt ipsemet palàm prodit) ex obstinata malitia & arrogantia & offendit & offenditur. Ergo hęc necessitas non inuoluit Deum vllo peccato. Quem Deum Patrem (qui, vt est ordinis, & non confusionis Deus, ita quoq; omnem ἀταξίαν, ordinisve desertionem odit, grauitérque plerunq; punit) ego ex animo oro & obtestor per Iesum Christum eius filium (qui, vt suprà quoque monui, non venit vocare iustos vel inoffensibiles vel irreprehensibiles, sed offendentes potius peccatores ad resipiscentiam) vt istius (si nondum deplorati) deplorandi aduersarij misereatur; & corruptæ mentis eius oculos, arrogantia & ambitione penitus excæcatos, benignè aperiat, vt ita tandem semel diuinitus illuminatus resipiscat, pœnitentérque ad Deum se conuertat; atque ita videns & intelligens se non inoffensibilem, sed grauiter offendentem peccatorem esse, apertè ac palàm id confiteatur, ad nominis Dei gloriã & Ecclesiæ eius ædificationem, nec non ad sui ipsius salutem promouendam, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Peroratio.

Matth.9,13.

Marc.3,29. Hebr.10,26. 1.Iohan.5,16

Ne quis vestrum affligatur vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienarum rerum inspector. 1.Pet.4.15.

AP-

APPENDIX HVC QVO-
que spectantis doctrinæ li-
brorum I. Ængel-
rammi.

QVò pij Lectores, Flandricæ linguæ ignari, hîc certiores sint, quę & qualis sit librorum meorum doctrina, in præcedétibus partim proposita, ego hîc iam duo saltem proponam; Primum est, generalis dictorũ librorum meorũ (anno 1567. nempè, tempore mei in Londino-belgica Ecclesia presbyterij, Belgio-germanica lingua editorum) doctrinæ summa. Alterum proponit quædam eorundem librorum specialis doctrinæ, hîc præsertim controuersæ fragmenta, de Magistratus authoritate & officio; & de subditorum erga eundem officio, iuxta Christianam D. I. Caluini institutionem; omnia hoc potissimùm tempore vtiliter proponenda.

1. *Summa doctrinæ librorum I. Æ.*

2. *Doctrina de Magistratu.*

SVmma totius doctrinæ librorum I. Ængelrammi, ex probatissimorum ac orthodoxorum Authorum Scriptis desumptæ; cui (cùm sit idonea hæreticorum, schismaticorum, rebelliúmque Mastix seu flagellum) G. Gossenius inuidet adeò, vt ei tanquam falsæ, hæreticæ, papisticæ, &c, vt à Diaboli nuntio allatæ conuitiatur.

1. *G. G. in veram doctrinam blasphemiæ, & in I. Æ. ob eandem calumniæ.*

Primi libri caput primum proponit doctrinam de Ecclesia Dei; quæ, quid & qualis ea sit, qualibúsque signis agnoscenda sit; item, quo pacto quisque vel in ea, vel erga eam gerere se debeat; item, de Ecclesiæ veris membris, & de hy-

Ecclesia Dei.

hypocritis; & quòd Deus in Ecclesiæ lapsu sibi seruat semen; deniq; de Papatu, qui à veritatis fundamento & capite Christo prorsus dilapsus, pro vera Ecclesia Dei non habendus, sed pro Sathanæ synagoga potius æstimandus sit.

Romana Ecclesia.

Secundi capitis doctrina est de veræ Ecclesiæ authoritate, iurisdictione ac potestate; quæ, quid & quales eæ sint; déque Ecclesiæ legibus, statutis ac ritibus; atque obiter de magnis hîc in Papatu abusibus.

In hoc cap. incidenter etiam de Conscientia.

Tertij capitis doctrina est de Ecclesiæ Ministris, ipsorum ordine, authoritate & officio; quæ, quid & qualia ea sint; & de Ministrorum discrimine vel differentia.

Ministri Ecclesiæ.

Quarti capitis doctrina est de ciuilis Magistratus authoritate, iurisdictione ac potestate pro cóseruatione Ecclesiæ à Deo instituti; déque subditorú erga eundem officio, de quibus omnibus obiter tùm in præcedentibus, tùm in sequentibus fragmentis abundè tractatur.

Ciuilis Magistratus. Hîc quóque obiter de libertate Christiana.

Quinti capitis doctrina est de veræ Ecclesiæ vnitate; & an liberum sit adiungere se Christi Ecclesiæ, an non; & an semel adiuncto liceat ab ea discedere; & obiter ibidem in Ecclesia hypocritas, schismaticos, rebelles, pacísque perturbatores, Anabaptistarum ac Donatistarum asseclas reprehensio Christiana.

Vniuersalis Ecclesiæ vnitas.

Anabaptistæ. Donatistæ.

Sexti capitis doctrina est de eadem Ecclesiæ vnitate; & an ij, qui cum offensione ab aliqua particulari Christi Ecclesia desciuerunt, in alia Ecclesia admittendi sint nondum reconciliati; ibidémq; obiter etiam de schismaticis, & de D. Cypriani in eos præmonitionibus libro de simpl-

Particularium Ecclesiarum vnitas.

mpl.prælat. tract. 3.

Septimi capitis doctrina est de Disciplina Christiana, & de Excommunicatione; & quoq; cum excommunicatis familiaritas sit habenda. Septem iam dicta capita sunt quasi generalia pręcepta ac regulę, docentes quomodo uisque se gerere debeat in Ecclesia Christi. *Disciplina. Excommunicatio.* *Præcepta generalia.*

Octaui capitis doctrina est, Defensio veræ salutiferæ humanitatis Domini nostri Iesu Christi, aduersus eosdem aduersarios Anabaptisticæ sectæ & hæreseos fautóres. *Iesu Christi humanitas.*

Noni capitis doctrina est, Defensio veteris ius & in reformatioribus Christi Ecclesijs sidue vsitati ritus Ecclesiastici de Baptizandis delium infantibus, adiunctis testibus, fideiussoribus ac concuratoribus, aduersus eosdem nabaptisticæ sectæ fautores & adulatores. *Pædobaptismus. Hîc obiter etiam de conscientia.*

Decimi ac postremi capitis doctrina est, ófirmatio doctrinę pręcedentis capitis quar-; quæ & pariter etiam est contra prauum ild idolomachorum in eandem doctrinam ansgressionis exemplum in Belgio, dicti anni 66. Ita vt tria hæc postrema capita sunt ansgressionum exempla directè contra docinam præcedentium septem capitum pręcep- & regulas generales. *Exempla transgressionis in veræ doctrinæ præcepta.*

Porrò alter I Ængelrammi liber, est iam dic- prioris Apologeticus; de quo passim in præcedentibus, pro occasione obiter facta etiã est mmemoratio. *Apologeticus liber J. AE.*

FRagmenta doctrinæ dicti quarti capitis prioris libri I. Ængelrammi, hîc præsertim controuersæ, de Magistratus authoritate & officio; *2 Doctrina quarti cap. primi libri J. AE.*

déq; subditorum ac priuatorum hominum e[rga] eundem obedientia & reuerentia officio.

Duplex regimen in homine.

Duplex in homine regimen statuitur; Alte-rum, quod est in anima vel in interiore homin positum, æternámque vitam respicit; Alterum quod ad ciuilem duntaxat externámque mo-rum iustitiam instituendam pertinet, de qu nunc tractare volumus. Hæc autem etsi à spi-rituali doctrina fidei aliena vel separata esse vi-deatur, progressus tamen ostendet, vt merit ac necessariò ei coniungatur. Nam alioqui Principum adulatores ab vna parte, eorum po-tentiam sine modo ita extollent, vt Dei etiam ipsius imperio opponent; ab alia parte, amen-tes & barbari quidam homines hunc ordinem diuinitus sancitum euertere furiosè conabun-tur. Vtrique malo nisi obuiam eatur, peribit dei synceritas. Adde, quòd scire quàm benig hac in parte consuluerit Deus generi human nō parum nostra refert, vt ad gratitudinem t standam maius in nobis vigeat pietatis stud um. Principio, antequam in rem ipsam ingr diamur, tenenda est illa distinctio, ne (qu multis vulgò accidit) hæc duo regimina i prudenter simul permisceamus, quæ diuersa prorsus rationem habent. Nam cùm audiu in Euangelio talem promitti libertatem, q inter homines nec Regem, nec Magistratu agnoscit, sed vnicum Christum intuetur, n lum libertatis suæ fructum capere se posse o nantur, quàm diu aliquam super se potestat vident. Itaque nihil fore saluum putant, totus in nouam faciem orbis reformetur;

Error circa libertatem Christianam.

iudicia ſint,nec leges,nec Magiſtratus, nec
nile quid quod officere ſuæ libertati arbi-
ntur. Eiuſmodi hominum numerus (quod
hementer eſt dolendum) magnus hodie re-
ritur. Porrò prudentes ac pij, quemadmo-
m inter corpus & animam; item, inter præ-
tem hanc fluxámque, & futuram illam æ-
námque vitam diſcernere nouerint, facilè
telligent, ſpirituale regnum Chriſti & ciui-
m ordinationem, res eſſe plurimùm ſepoſi-
s. Neque tamen eò iſta diſtinctio pertinet,
ò totam politiæ rationem, rem eſſe pollu-
m reputemus, ad homines Chriſtianos nihil
rtinentem. Sic quidam fanatici, quos delec-
t effrænis licentia, vociferantur ac iactant,
ſtquam mortui ſumus per Chriſtũ elemen- Coloſſ.2,20.
huius mundi,& tranſlati in regnum eius,ſe-
múſque inter cœleſtes, non decet nos, ac eſt
ſtrà noſtrã excellentiã longè poſitum, profa-
s iſtis ac impuris curis occupari,quę circa ali-
a à Chriſtiano homine negotia verſãtur,&c.
Inhumana igitur peruerſitas eſt,cogitare de *Ciuilis regimi-*
ferenda politia, cuius vſus tam neceſſarius *nis neceſſitas.*
t inter homines, quàm panis, aquæ, ſolis &
ris; cuiuſque dignitas etiam multò maior
Nam non ſolùm illuc ſpectat, vt homines e-
nt,bibant,&c. ſed & ne vlla idololatria, nec *Hic notandum*
aſphemia in nomen Dei & eius veritatem, *G.G. & eius in*
q; alia eiuſmodi religionis offẽdicula publi- *Deum & Dei*
in populũ ſpargantur; ne publica quies per- *veritatem &*
rbetur; vt vnuſquiſque quæ ſua ſunt ſalua ſer- *Eccleſiam of-*
; vt homines ſine fraude inter ſe cõmercia a- *fendicula.*
tent; vt honeſtas & modeſtia inter ipſos cola-

 tur;

tur; in summa, vt inter Christianos publica religionis forma & amicitia inter homines sit, &c.

Conuiciatores diuini Ministerij, obtrectatores Dei. Dicimus non parum peccare eos, qui sacrum hoc Ministerium Magistratus calumniantur, quasi rem à Christiana religione ac pietate alienam. Nam quid faciunt aliud, obsecro, quàm Deum ipsum accusare & calumniari, in quem ignominia cadere debet, quæ eius Ministerio adhibetur? Et tales homines non contemnunt Magistratus, sed Deum abijciunt ne super se regnet. Quia si Dominus verè illud dixit de populo Israel, quia imperium Samuelis detrectassent; quare tum etiam hodie verè non diceretur de ijs, qui omnem præfecturam calumniantur quæ à Deo est instituta? Sed, inquiunt, cùm Dominus Apostolis dixit, Reges gentium dominari illis; inter ipsos verò non debere ita esse, vbi qui primus erat, minimum fieri oporteat; quo interdictum est Christianis omnibus, ne regna aut præfecturas capessant. O idonei interpretes? Dominus reprehendit discipulos suos super contentione eorum vanæ ambitionis, quòd quisque ipsorum maior esse volebat; & docuit eos, Ministerium eorum non esse regnis simile, in quibus inter cęteros vnus eminet. Quæ collatio, quęso, quid dedecoris adducit dignitati regię? Imo quid hæc similitudo demonstrat aliud, nisi regium munus non esse ministeriũ Apostolicum. Pręthereà etsi Magistratus varij sint, nullum tamen hac in parte discrimen est in ijs, sed omnes pro Dei ordinibus aspiciendi sunt à nobis. Nam & Paulus simul omnes complectitur, cùm ait, Non est po-

1. Sam. 8, 7. (margin)

Luc. 22, 25. (margin)

Omnis potestas à Deo est. (margin)

Rom. 13, 1. (margin)

oteſtatem niſi à Deo,&c. Magiſtratus igitur
agnam diligentiã adhibere debent, ne quid, *Ad Magiſtratus admonitio.*
uod Chriſtianę libertati (pro cuius defenſio-
e inſtituti ſunt)vlla in parte derogetur,multò
inus ea violetur. Qui ſi ſegnes hîc ſint & neg-
gentes, tùm infidi ſunt in ſuo officio, & pro-
itores proprię ſuę patrię. Verùm quum nulla
it poteſtas niſi à Deo,vt dictũ eſt,& quod Deo
iſũ eſt,Reges regnis pręficere, & ſuper liberis
iuitatibus ac populis alios rectores, noſtrum
ſt, ijs nos morigeros ac obedientes pręſtare,
uoſcunq; locis prępfecerit in quibus degimus.
Si inquiratur quale ſit Magiſtratus offici- *Magiſtratus officium ad vtramque tabulam Moſis pertinet.*
m & quomodo deſcribatur per verbum Dei,
uibúſque in rebus ſitum ſit; percipiemus id
d vtramq; legis tabulam extendi. Quoad pri-
am, Magiſtratibus pręſertim à Deo manda- *Magiſtratus Dei vicarij.*
um eſt,operam impendere ad promouendum *Monitio ad Magiſtratum per exempla.*
tuendum honorem Dei, cuius vicarij ſunt,
per cuius beneficium ipſi regunt. Sancti Re-
es etiam hac de cauſa maximè laudantur in
criptura, quòd Dei cultum corruptum vel e-
erſum reſtituerint, vel curam geſſerint religi-
nis, vt ſub illis pura & incolumis floreret.
ontrà verò ſacra Hiſtoria inter vitia[anarchi- *Anarchia. Polyarchia.*
s & polyarchias] quæ accidunt vbi debitum *Iudic. 17,26. & 21,25.*
egimen non eſt,ponit, quòd non eſſet Rex in
ſrael,ideóque faceret quiſque quod placebat.
ndè palàm coarguitur ſtultitia eorum qui
olunt, vt Magiſtratus religionis ac Dei cultus
uram deponant, & iuri inter homines dicun-
o tantum intenti ſint. Quaſi verò Præfectos
eus ſuo nomine conſtituerit, qui terrenas

 con-

controuersias deciderent; quod verò longè grauioris momenti est, prætermiserit, Nimirum, vt ipse purè coleretur ex legis suę prescripto. Quod ad secundam tabulam pertinet, Regibus denuntiat Ieremias, vt faciant iudicium & iustitiam, liberent vi oppressum de manu calumniatoris, peregrinum & viduam & pupillū ne contristent, ne iniuriam faciant, & sanguinem innocentem ne effundant.

Magistratus officium. 2 Ierem.22,3.

Quod verò ad subditos attinet, vt (priusquam finem hîc faciamus) de eorum etiam officio erga suos magistratus aliquid dicamus, necessè omninò est, vt suum quóq; sciant officium, Nimirum, vt reuerentia erga suos Magistratus incitentur, ac debitam eis obedientiam ostēdant, siue edictis parendo, siue tributa soluendo, siue subeundo publica munera átque onera quę ad cōmunem defensionem spectant, siue quæ alia iussa capessendo. *Omnis anima*, inquit Paulus, *potestatibus sublimioribus subdita* sit; *qui enim potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Item, *Admoneto illos, vt principatibus ac potestatibus subditi sint, vt Magistratibus pareāt, & ad omne opus bonum sint parati.* Dicit quoq; Petrus, *Subditi estote cuiuis humanæ creaturæ* (vel potius, vt alij interpretantur, ordinationi) *propter Dominum, siue Regi tanquam præcellenti siue Præsidibus, qui per eū mittuntur ad vindictam ac punitionem nocentium, laudem verò rectè agentium.* Et vt subditi testentur se non simulare subiectionem, sed esse syncerè & ex animo subiectos, præcipit Paulus quóque pro Magistratus salute & prosperitate orare. Quisquis igitur sibi prospiciat, ne seipsum

Subditorum officium. Rom.13,1. Titus.3,1. 1.Pet.2,13. *Magistratus, impijs in punitionem, pijs in laudem esse.* 1.Tim.2.2.

ſum fallat ſua inobedientia, quaſi nihil referat. Nam reſiſti Magiſtratui non poteſt, quin ſimul Deo reſiſtatur. Etſi videatur poſſe impunè contemni inermis Magiſtratus, Deus tamen armatus eſt, qui ſui contemptores impunitos non ſinet. Sub hac prætereà obedientia moderationem comprehendo, in qua priuati homines ſeſe continere debent, Nimirum, ne vltrò gubernationem aggrediantur, nec temerè in Magiſtratus officium irrumpant, néq; prorſus quicquam præſumant quod ad gubernationem attinet. Si quid in publica ordinatione corrigi intererit, non ſtatim idcircò tumultuabuntur priuati homines, néque manus quæ ſibi hac in parte ligatæ eſſe debent, admouebunt operi; ſed ad Magiſtratus cognitionem deferent, qui hîc ſolus habet manus ſolutas ac liberas. Exiſtimo plebē nihil debere præſumere ſine mandato; quod ſi à Præfecto acceperit, tùm etiam ipſa habet authoritatem.

Admonitio ad inobedientes & rebelles ſubditos.

Priuata audacia in Magiſtratus officium arripere nemo poteſt.

De hac materia etiam inſignis locus eſt apud Ieremiam, quem etſi prolixiorem, non pigebit hîc referre, quia totam hanc quæſtionem clariſſimè definit. *Ego*, inquit, *feci terram & hominem, & animalia quæ ſunt in ſuperficie terræ, in fortitudine mea & extento brachio, & ipſam tradidi ei qui mihi placebat. Nūc itáq; ego dedi omnes iſtas terras in manu Nebuchadnezar ſerui mei, & ſeruient ei gentes omnes & Reges magni, donec tempus veniet terræ eius. Eritq; vt gentem & regnum, quæ ſeruire noluerint Regi Babel, viſitabo in gladio, fame & peſte. Quare ſeruite Regi Babel & viuetis.* Videmus hîc quanta obedientia Dominus ferocem illum & hor-

Ierem. 27, 5.

Minatur Deus eos qui tyrannicis regibus obedire noluerint.

horrendum tyrannum coli voluerit, & non alia ratione, nisi quia regnum obtinebat. Quæ possessio ostendebat eum Dei decreto in regium solium impositum fuisse, ac in regiam maiestatem assumptum seu exaltatū, cui resistere minimè licebat. Si semper præ oculis habemus, eodem decreto quo regum authoritas est ordinata, etiam nequissimos reges institui, nunquam in animum nobis seditiosæ illæ cogitationes venient, Nempè, tractandum esse pro meritis Regem; nec æquum esse vt nos subiectos ei præstemus, qui se non vt decet Regem gerit. Hîc frustrà aliquis diceret, hoc mandatum præsertim fuisse exhibitum Israelitis. Nam obseruandum est, qua ratione Dominus illud stabiliat. *Ego*, inquit, *detuli Nebuchadnezar regnum; quare seruite illi & viuêtis*. Cuicúnque ergo regnum delatum est, ei proculdubiò seruire debemus. Et quando Dominus quempiam in regium fastigium exaltat, testatam eo facit suam voluntatem, quòd regnare illū velit. De eo extant generalia Scripturæ testimonia; vt, *Propter iniquitatem terræ sunt multi principes. Item, Subiectionem tollit à Regibus, & rursum exaltat eos potestate*. Eo autem confesso, nihil restat, nisi vt seruiamus Præsidi & viuamus. Est & apud Prophetam Ieremiam alterum Domini mandatum, quo iubet populum suum quærere pacem Babylonis in quam captiui abducti erant; & orare ad Deum pro ea, quoniam in pace eius futura esset pax eorum. Ecce Israelitæ fortunis omnibus exuti, è domibus suis auulsi, in exiliū abacti, in miseram seruitutem coniecti, pro victoris

[...]ios & impios [R]eges simili [a]uthoritate à Deo institui.

[I]erem. 27, 17.

[P]ro. 28, 2.
[I]ob. 12, 21, 24

[I]erem. 29, 7.

[I]nsignis doc[tr]ina & exemplum ino[be]dientibus ac [se]ditiosis genijs [ho]minibus.

ris prosperitate orare iubentur; non sicut iubemur persecutoribus nostris benè precari; sed vt saluum illi regnum & tranquillũ cóseruetur, vt sub eo ipsi quoque prosperè agant. Sic Dauid iã Rex Dei ordinatione designatus, & sancto eius oleo vnctus, quamuis nullo suo merito crudeliter à Saule persequeretur, insidiatoris tamen sui sacro-sanctam habebat vitam, quia eam regni honore Dominus sanctificauerat. *Absit à me*, dicebat, *vt coram Domino meo faciam rem istam, Domino meo Messiæ Domini, vt mittam manum meam in eum, quoniam Christus Domini est*. 1.Sam.24, 7, 11.

Si à sæuo Principe crudeliter torquemur, si ab auaro aut luxurioso rapaciter expilamur, si ab ignauo negligimur, si ab impio deníq; & sacrilego vexamur ob pietatem; subeat primùm delictorum nostrorum recordatio, quæ talibus haud dubiè Domini flagellis castigantur. Indè humilitas impatientiam nostram frẹnabit. Succurrat deindè & hẹc cogitatio, non nostrũ esse huiusmodi malis mederi. Hoc tantum reliquũ esse, vt Domini opẽ imploremus, cuius in manu sunt Regum corda & regnorum inclinationes. Ille est Deus qui stabit in synagoga deorum & in medio deos iudicabit, à cuius faciè concident & conterentur Reges omnes & Iudices terrẹ, quicunq; non osculati fuerint Christum eius, qui scripserint leges iniquas vt opprimant in iudicio pauperes, & vim faciant causẹ humilium, vt viduas habeant in prẹdam & pupillos diripiant.

Impij Magistratus, flagel populi propter peccata.

Dan.9, 7.

Subditorum vnica arma contra Magistratus tyrannidem, Deum inuocare.

Pro.21, 1.

Psal.2, 12.
Esai.10, 1.

Atqui hîc mirabilis Dei bonitas, potentia & prouidentia inuestigari euidenter se permittit.

tit. Nam quandóq; quosdam palàm ex suis seruis excitat, & mandato suo instruit, qui de scelerata dominatione pœnas sumant, & oppressum iniustis modis populum è misera calamitate eximant; quandóq; furorem, aliud cogitātium & aliud molientium hominū eò destinat. Sic populum Israel è tyrannide Pharaonis per Mosen; è violentia Chusam regis Syriæ per Othoniel; ex alijs seruitijs per alios Reges vel Iudices in libertatē asseruit. Sic Tyri superbiam per Ægytios; sic Ægyptiorum insolentiam per Assyrios; Assyriorum ferociam per Chaldęos puniuit; & obstinatā Babylonis audaciam per Medos & Persas domuit. Regum verò Iuda & Israel ingratitudinē & impiam erga tot beneficia contumaciam, nunc per Assyrios, nunc per Babylonios castigauit & coëgit, quanquam nō eadem semper ratione, &c. Verùm vtcúnq; ipsa hominum facta censeantur, Dominus tamen per ea suum non minùs exequebatur opus, quum sanguinaria Regum insolentium sceptra confringeret, ac intolerandas dominationes euerteret. Audiant hæc Principes & terreantur. Nobis tamen interim summoperè cauendum, ne illam plenā reuerendæ Maiestatis Magistratuum authoritatem, quam Deus grauissimis edictis sancit, etiam si apud indignissimos resideat, & qui eam nequitia sua, (quantum in se est) polluunt, spernamus aut violemus, &c.

Sed in obedientia, quæ (vt dictum est) debetur Præfectorum vel Regum imperijs, semper excipiendum, imò cauendum in primis est, ne à Dei obedientia nos deducat; cuius voluntati

Regum

[Marginal notes, partly cut off:] *...seruos ...ndoque ex... ...as Deus ad ...iendos ty... ...nos populi.* — *...od. 3, 7. ...dic. 3, 9. ...empla, quomodo Deus tyrannos castigauit & populum suum liberauit.* — *...empla punitionum Dei ...ingratitudi... ...m populi sui.* — *...emonitiones ...tyrannicos ...incipes.* — *...agistratibus ...tra Deum ...cipientibus, hoc non obe...ndum.*

Regum omnium vota ſubeſſe, cuius decretis iuſſa cedere, & cuius maieſtati faſces ſubmitti par eſt,&c.

Hactenus *Appendix*, quo librorum meorum vniuerſę doctrinæ ſumma,& quarti capitis huc facientia fragmenta proponuntur;quę(ne prolixitate nimia tædioſus ſim Lectori:) hîc ſufficere poſſunt.Ita quoq; breuitatis cauſa,ego hîc omitto integrum eiuſdem libri caput decimū, vtpotè eiſdem fragmentis conſentaneum; id quod nuper etiam ex Flandrico Latinè fideliter verſum contra G. Goſſenium exhibui quinq; ab vtraq; parte (per procuratam à me D. Maioris Cantuarienſis authoritatem)delectis Arbitris, pijs ibidem Anglicæ Eccleſiæ Miniſtris. Qui controuerſam hîc tùm eiuſdem decimi capitis (ſatis iam pręcedente mea *Refutatione* aduerſus eiuſdem contumacis aduerſarij falſas & peruerſas interpretationes, calumnias & mendacia vindicati) tùm pręcedentis quarti capitis,tùm & primi & ſecundi libri doctrinam, ab eiſdem Arbitris prius examinatam,ſuo ſilentio potius (quod,pro more ſui ſubterfugij, poſtulare per ſuos non obſcurè videbatur meus aduerſarius)quàm publicè(quod ego valdè vrgebam)pronuntiato iudicio comprobare voluerunt; ſicut anteà (vt in pręcedentibus videre licet) à varijs diuerſarum Eccleſiarum Miniſtris fuit approbata pro vera ac ſyncera doctrina Chriſtiana.Cui tamen vt falſę,contumaciter aſſiduè ac publicè, abſurdis etiam ac falſis libellis,ſe opponit idem rixoſus aduerſarius; vt & pariter etiam ijſdem pijs Miniſtris. Adeò vt ipſe

3.Octob.158. Diligentia I.AE.

Tergiuerſati G.G.

Approbatio doctrinæ lib. J.AE.

Contumacia G.G.

ipſe me quoq; tandem, alioqui inuitum impulerit ad reſiſtendum ipſi (quod fortaſſe, iuxta illud, *Principijs obſta, ſerò medicina paratur, dum mala per longas inualuere moras*, citius pręſtitiſſet) hoc meo qualicunq; Scripto; quo ego demùm in lucem prodire cogor; eóq; magis, quòd Dominus verè dixit, *Quiſquis peruersè agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipſius. Qui verò ſincerè agit, venit ad lucem, vt manifeſta fiant facta ipſius, quod ſecundum Deum facta ſint.*

Iohan. 3, 20.21.

Conclusio, alia quædam in aduerſarium quoq; propoſitus.

Deniq; verò, omniúmq; poſtremo, pro concluſione, vtiliter, meo iudicio, pręcedentibus addi poſſunt aliorum quorundam huc quoq; ſpectantia pia & librorum meorum doctrinę conſentanea iudicia de ſingulis hominibus, qui priuati dicuntur. *Tenetur quiſq; Deo inſeruire eo munere, ad quod vocatus eſt. Priuati verò non habent poteſtatem, non funguntur Magiſtratu, non habent imperium, non vllum ius gladij. Itaq; vt gladium priuatis non tradidit Deus; ita nec vſum gladij ab ijs repoſcit. Priuatis dicitur, Mitte gladium tuum in vaginam. At Magiſtratibus, Non geritis gladium fruſtrà. Illis, ſi ſtringant, culpæ datur; his, ni cùm opus eſt, ſtringant, magna negligentia culpæ loco eſt.*

Matth. 26, 52. Rom. 13, 4.

Quid verò? dices. An non ſingulis fœdus eſt cum Deo, vt vniuerſis? idiotis, vt Magiſtratibus? Quorſum ergo Circumciſio? quorſum Baptiſmus? quorſum illa toties repetita tota Scriptura ſacri fœderis mentio? Eſt ſanè omninò, ſed longè diuerſiſſimum. Vt enim omnes omninò ſubditi Principis, cuiuſcunq; tandẽ gradus ſint, tenentur ei obedire; quidam verò peculiari quadam obligatione, vt Magiſtratus, curare prætereà, vt cæteri obediant; ita omnes omninò homines, Deo quidem

quidem inseruire tenentur; at quidam, vnà cum maiore munere, maius onus acceperunt, adeò vt de cæterorum culpa, si negligant, quodammodo teneantur.

Curare debent Reges, Vniuersi, quiq; ab Vniuersis gladium habent, Magistratus, vt Ecclesiæ corpus ritè gubernetur: singuli, vt eius tantum Ecclesiæ membra sint. Illi, ne templum Domini polluatur, ne collabatur, sed aduersus omnem corruptionem internam, iniuriámve externam tutum sit. Hi, ne corpus suum, quod Templum Dei est, impurum sit, vt in eo spiritus Dei inhabitet. Qui enim vastabit Templum Dei, quod vos estis, ait Paulus, Deus quoq; eum vastabit. Illis ea de causa commissus est gladius, quo extrinsecus accinguntur. His commendatus tantùm gladius spiritus, verbum, nempè, Dei, quo Paulus Christianos omnes aduersus diaboli impetum accingit. Quid ergo facient si Rex ipsos ad impia sacra adigere velit? Præsto est cõsiliũ Christi; in aliam ciuitatẽ se recipiant. Sin aliò fugere non datur, vitæ potius, quàm Deo renũtient, crucifigantur potius, quàm Christum (vt Apostolus loquitur) denuò crucifigant. Nolite, ait Dominus noster, timere eos, qui corpus tantùm occidere possunt. Ita verò & ipsius Apostolorum & innumerorum Martyrum exemplo edocti sumus. Ergo nemini priuato licebit armis resistere, &c.

1. Cor. 3, 17. & 6, 19. *Gladius publicorum. Gladius priuatorum.* Ephes. 6, 17. Matth. 10, 23. Matth. 10, 28

Epilogus.

Rex regum, & Dominus dominantium Deus, fidelissimam suam Ancillam, & Dominam nostram clementissimam *Elizabetham*, serenissimam Angliæ, Franciæ, Hiberniæ, & circumiacentiũ insularũ *Reginam*, & suis vertutibus non minùs quàm regijs decoribus splendidam, fidei Christianæ defensatricem magis ac magis suo sãcto Spiritu locupletet, & Regiã eius Maiestatem